475

5221
F. Hazai
Ladislai Otrago Bi:
Barcsalo: ab Ottrag
167
R.M.K. III. 3871

HISTORIA ECCLESIARUM TRANSYLVANICARUM,

Inde a primis Populorum Originibus ad hæc usqve tempora,

Ex variis iisqve antiqvissimis & probatissimis Auctoribus, abditissimis Archyvis & fide dignissimis Manuscriptis

IV. LIBRIS

delineata

AUCTORE

M. GEORGIO Haneri
Schäsburgo Transylvano Saxone.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,
Apud Joh. Christoph. Fölginer /
Anno 1694.

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár
Székelyudvarhely

Libr. B. Gh. coll. R. Ad
Lect. in censum veniens
sub Lect. Prof. Mic
Fogarasi et

TRANSYLVANIÆ

PATRIÆ DULCISSIMÆ
MATRI SVAVISSIMÆ
NUTRICI BENIGNISSIMÆ

& in ea

Bib. Gh. Sch. Inita
Ex Oblatione Lad.
Ofvarsh —

2081

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár
Székelyudvarhely

Speciatim
ECCLESIASTICÆ atq; POLITICÆ
SAXONUM UNIVERSITATI,
quarum, illi,
Vir Summe Venerabilis, Clarissimus ac Doctissimus

D. LUCAS HERRMANNUS

Ecclesiæ quæ Birthalbini est,
Pastor Meritissimus,
EPISCOPALI DIGNITATE
præest,
In hac vero
SUMMAS TENET
Illustris, Magnificus ac Generosus

D. VALENTINUS FRANCK a FRANCKENSTEIN,

Statui Transylvaniæ, a Consiliis intimus, Saxonum COMES Spectatissimus, & Reip. Cibiniensis, Judex Regius, Gravissimus,

Nominatim
VIRIS
Summe Reverendo, Clarissimo atq; Doctissimo

DN. GEORGIO KRAUSZ

Schæsburgensium Antistiti
Vigilantissimo,
Cum cæteris Ministerii Schæsburgensis
SYNERGIS

Nobilissimo, Consultissimo atq; Doctissimo

DN. MICHAELI DELI,

Civitatis Schæsburgensis
PROCONSULI MERITISSIMO,
Generoso Amplissimo atq; Consultissimo

DN. JOHANNI SCHULERO,

Prædictæ Civitatis Consuli optime
in dies de eadem Merenti,
Reliqvisqve, Judicibus, Villico,
& Senatoribus ejusdem
Reipublicæ
Dominis, Mœcenatibus, Patronis,
Promotoribus atq; Fautoribus meis
Nunqvam non æstimatissimis,
colendissimis.

S. P. D.

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár
Székelyudvarhely

Patria Dulcissima, Utriusq; Universitatis Præsides Spectatissimi, cœteriq; conscripti in iisdem, Patres Gravissimi, Viri summe Reverendi, Clarissimi, Doctissimi, Magnifici, Generosi, Nobilissimi, Consultissimi, Circumspecti, Amplissimi, & Prudentes.

Domini, Mœcenates, Patroni, Promotores, Fautores, atqve Amici Æstimatissimi & in æternum Honorandi.

DE Æthiopibus Bellulgianicis, Libro XIIX. Rerum Gestarum, Paulus Jovius Novocomensis, Episcopus Nucerinus,

cerinus, referente Reinero Reineccio, Steinhemio, in proemio, Operi Julio, sive Syntagmati Historico, ad Illustrissimos Principes Julium & Henricum Julium, Duces Brunovic. & Lüneb. &c. præmisso, prodidit, eos rerum gestarum memoriā perpetuasq; Regiæ Stirpis Successiones, publico instituto, fideli literarum custodiæ, tanta cura & religione demandare, ut Præfectus Notariorum, factorum nusqvam intercisam memoriam & annorum supra mille nullibi deficientem successionem pertexere ex archivis, atq; proferre, facile accidat.

Qvam dispar gentis nostræ socordia fuerit, & qvanto nostro cum damno hæc omnia neglexerit, tot doctissimorum Virorum vigiliæ, tantiq; labores, qvibus

Haász Rezső Múzeum Tudományos Egyesület Székelyudvarhely

qvibus tamen Exordia Gentis Nostræ, successiones item Regum Ducumq; eorumq; res gestæ, transmigrationes & cultus erui vix possunt, imo licet multi attentarint, exqvisitione juxta ac explicatione eruere, non dico absolverint, sed operæ pretium fecerit nemo, luculentissime demonstrant.

Devorarunt forsan omnia, ut in pectoribus sapientiam tantam retinerent Tartarorum *more, qvibus adhuc hodie* Turcas *hoc laudi ducere,* qvod cum cœteræ Gentes omnes atq; Nationes, in libris scriptam sapientiam & seriem rerum gestarũ habeant, soli illi libros suos devorent, ac in pectoribus suis asservent, *testis est* Busbeqvius Epist. IV. *Vel Reip.* literarũ usum, *in qvos*

talia conjicere debuissent, noxium reputarunt, eo qvod animos enervent motusqve bellicosos, pro aris & focis tutandis, plus justo sufflaminent & extingvant. Nam teste Bodino in Methodi Historiarum Cap. IV. p. 47. *sæpissime contigit, ut,* qvæ gentes arma diutissime coluerant, postqvam literas amplecti cœperunt, animi vim ac robur amiserint. *Qvod ut credam svadet* Joh. Magno, *qvi in sua* Sveonum Gothorumq; Historia, veluti criminis instar AMALOSUNTHÆ, Theodorici Gothorum Regis Filiæ, a Regni sui Proceribus imputatum esse, qvod ATHALARICUM Filiũ suum, innutriri literis procuras set; testatur & Cœlius Rhodigi-

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

nus, *dum*, Lib. VII. Cap. I. *refert*, Gothorum institutum fuisse, ne literis imbuerentur Reges, qvod illæ longo intervallo a fortitudine & magnanimitate abessent, & animi iisdem effœminarentur, e mollitiq; ad timiditatem delaberentur. *Hoc enim & aliis Populis accidisse, authoritate suâ confirmat* Procopius, *qvi in* Libro *suo* de Rebus Gothicis, ex Æliano, *de* Lacedemoniis *asserit*, qvod literarũ rudes esse gestierint, ut qvævis exercitia corporum, ac speciatim arma apposite tractare possint.

Qvamcunqve autem harum causarũ suam fecerint nostri, nullatenus excusari possunt. Non ob primam; fragilis enim est memoria, & rerum turbæ

bæ non sufficit, necesse est qvantũ recipit emittat, & recentissimis antiqvissima obruat. Et qvotqvot qvæso sunt, qvi memoriæ cuncta concredere audeant. Cænis, Vespasiani Pellex *eqvidẽ excellẽtissima memoria fuit*, & Heræ suæ Anthoniæ, Matri Claudii, qvæ ad Tyberiam, non nihil per eam de Sejano scripserat, jusseratq;, ut id, ne qvis forte deprehenderet, statim deleretur, frustra, respondebat, Domina jussisti, hæc enim atq; cætera omnia qvæ mihi imperas, ita semper in memoria habeo, ut ex ea deleri non possint, *qvemadmodum* Xiphilin, *in* Vespasiano *p.* 321. *adnotavit; ast nullus dubito, qvin illud* Senecæ *aliqvando experta fuerit*, Memoria

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

moria res ex omnib9 partibus animi, maxime delicata & fragilis est, in qvam primum senectus incurrit, nam qvæcunq; apud illã, aut puer aut juvenis deposui, qvasi recentia & modo audita, sine cunctatione profert: at si qvæ illi intra proximos annos commisi, sic perdidit & amisit, ut etiam si sæpius ingerantur, toties nova audiam.

Non ob alteram. Posito enim qvod magis referat fortitudo qvam doctrina, non tamen aliunde robur est, qvã a bonis artibus & contemplatione, inqvit, idem Seneca Epist. 71. & Plutarchus in Lysandro. *Periculo atqve negotiis compertum est, fortitudinem nullam dari, nisi regatur consiliis, teste*

Salustio in Catilina c. 2. & Tiberius *apud* Tacitum Libro II. Annalium c. 2. *fatetur, se plura consilio qvam vi perfecisse.* Philipp9 Macedo *inter Græcos Monarchiam sibi comparasse & Imperium non tam armis, qvam comitate sermonis, & benignæ voluntatis erga homines declaratione, auxisse dicitur*, ex Diodori Siculi Bibliotheca Libr. XVI. *Ita* Alexander *ejus Filius, interroganti, qvomodo tam brevi tempore totius Orbis Imperium obtinuisset, respondit:* Consiliis, Eloqventia & Arte Imperatoria *ut ex* Stobæo videre est.

Et hinc merito tanqvam injurii a posteris accusantur. Nam hæc illa socordia est, qvæ tantam caliginem origini & gestis eorum offudit, ut licet lu-

Szász Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Székelyudvarhely

en aliunde mutuo accipiamus, vix tamen qvicqvã lucis eo inferre valeamus; qvæ literarum culturam & imperitiã intulit; qvæ Reipublicæ non tantum, sed & Religioni obfuit, qvod & Galliæ qvondam accidisse, Magnus Regni illius Amiralius, Gaspar9 Colinius in carnificina Parisiensi, A.1572 perfide trucidatus, vere non minus qvam acute asseruit, Strabo vero Lib.IV. de Situ Orbis, testatur, cum Druidas originem suam ignorasse refert.

Ne igitur nobis eadem socordia aliqvando objici qviret, de me animum ad Delineationem Historiæ Ecclesiarum Transylvanicarum, e qva præter Francisci Pariz Papai, Med. D. & in Illustri Gymnasio Enyediensi P.P. Rudus Redivivum

vum, publici juris factum, me nihil vidisse lubens fateor, non modo adjeci, sed etiam Deo adsistente, ad finem qvomodocunq; ex variis Auctoribus, aliqvot manuscriptis, atq; volumine Actorum Synodalium deduxi.

Omnium desiderio eqvidem vix satisfaciet, nec deerunt canes, qvi eandem malignius interpretabuntur; Ast qvemadmodu amore Patriæ & ut juventuti Patriæ prodessem, eamq; ad majora incitarem, non vero vanæ atq; evanidæ gloriolæ cujusdam augurio incitatus publici juris hoc qvantum est facio, ita & spe hac fruor, cordatum neminem fore, qvi institutum improbaturus sit. Canes non moror, scio enim qvam difficile sit, cani lectum struere, qvod accubiturus, huc illucq; in gyrum volvatur

Szabó Dénes Múzeum Tudományos Könyvtára
Szélyudvarhely

& nescire cogamur, ubi capiti pulvinar supponendum est. Ne tamen eorum obtrectationibus obnoxium sit, & nihil tam sancte tam caste, tam fideliter, tã simpliciter scriptum videatur, qvod illi prorsq; suis interpretamẽtis non faciant iniqvum, perfidum, criminosum; Tuis PATRIA DULCISSIMA, utriusq; SAXONUM UNIVERSITATIS & MINISTERII SENATUSq; ejus loci, in qvo An. 1672 d. 28. April. prima vice auram hausi, NOMINIBUS SUAVISSIMIS, SUMME VENERANDIS atqve SPECTATISSIMIS, CELEBERIMISq; eam communire volui, eaqve qva par est reverentia consecrare debui. *TUUS enim PATRIA DUL-*

cis-

cissima, Amor, ad talé qvid audendũ me instigavit, VESTRA, VIRI OMNIUM ORDINUM ÆSTIMATISSIMI Merita, chartaceum hoc Munus postularunt.

Meas ego in TE Patria, rationes habeo sitas, plurimasq; meæ salutis partes in TVA salute positas, existimo. TUI juvandæ ornandæq; causa, peregrinam auram, per qvadriennium hausi, & exilium literarium non invitus suscepi. Suscepi inqvam, & natale solum verti, ita tamen, ut a te mentem meam, nunqvam averterim. Nationes ac regiones peregrinas adii, TUI amorem nunqvam exui, qvi TUA officia qvali qvali etiam modõ possum, demereri allaboro. Itaq; hanc qvalemcunq; amoris mei, erga TE tesseram Tibi acceptam,

fore

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Egyesülete
Székelyudvarhely

fore- non spero modo, sed & confido.

VOBIS *autem*, VIRI Omnium Ordinum æstimatissimi & in æternum colendi, *qvin hoc qvale qvale munusculum consecrarem, abstinere non potui, ut non tam qvid ob nunqvam satis deprædicanda in literas Merita, sed etiam qvid mei officii & Pietatis in* Inclytã SAXONUM NATIONEM *esset, publicè testarer. Utut ergo, istud, qvod a me proficiscitur,* perpetuæ *meæ* erga Vos observantiæ, *ita tenue, ita modicum, ita humile testimoniũ sit, ut Meritorum vestrorum in literas,* Schæsburgensium *vero qvos in* Faventissimorum Patronorum, Promotorum, Fautorum ac Amicorum Annulo GEMMAS agnosce, *in* Tebe-

nefi-

Az Szczecsi Egyetemi Könyvtár udományos Könyvtára Székesfehérvár

nificiorum sublimitatem *neqvaqvam ad æqvare possit, suscipiatis tamen hoc literarum depositum, &* a claritate NOMINIS VESTRI, tenui *huic* Delineationi *splendoris non nihil mutuamini.* PLATO *cum parem beneficii facultatem Socratis Meritis apud se non reperiret, inopiam ingenuè professus,* Platonem *exclamavit,* o Socrates pro beneficiis accipe *Non aliter ego, ob nunqvam satis in literas deprædicanda merita, immortalia eorum apud qvos natus sum, in me beneficia, siqvidem tenuitas mea tantæ gratiæ non sufficit, me vobis* PATRES PATRIÆ *perpetuo devotum devinctumqve in pretium benificiorum annumero. Suscipite qvæso, defendite, &*

qvod

qvod vestrum feci Depositum fovete, absentis mei vero famam atqve fortunas in Bona fide & Patrocinio *esse patiamini faciam & ego ardenti studio ut de Me optime meriti lætemini.* Vigeas Patria Dulcissima, Valete Patres Patriæ, utraqve Saxonum Universitas Floreas, ut prô aris & focis, pro lege & Grege, pro DEO & Cæsare dimicare, prosperisq; semper successibus gaudere valeas. Datum Vitebergæ An. 1694. d. 23. Sept.

Patriæ Studiossimus Utriqve Saxonum, Universitati Obseqventissimus, & S. hasburgensium Ministerio. Senatui, atqve toti Reipublicæ devinctissimus Cliens.

M. G. Hayer.

Hazai Országos Múzeum Tudományos Könyvtára
Szegyuvadvány

J. N. J.

LIBER I.

EVadebat *Noachus* arcæ communis beneficio universale diluvium, orbisqve inundationē, ex qva post exsiccatas denuo terras egressus, in illis ipsis montibus, qvos *Hebrai Ararat, Arabes Montes Korud, Beresus apud Josephum Antiqv. Libr. I. cap. IV.* χορδυαίους, *& Latini Cordyæos vel Gordyæos vocant*, stationem cum tribus filiis *Sem Cham & Japhet*, ab omnibus hominibus vacuam occupavit, occupatamqve colere incepit, postqvam *Themanim, ut Author est Eutychius Patriarcha Alexandrinus in Annal. p. 43. Edit. Oxoniensis*, (*idem affirmat Agathias Libro IV. qvi pagum*, κώμην θαμανῶν *vocat, videsis Elmaci-*

num Lib. I. Cap. I. Historiæ Saracenicæ, Georgius Armenus apud Aunium, addens Lingvâ Aramoa Sale-Noa, hoc est ipso Interprete, Exitus sive Egressorium Noæ dici, nec non Josephus l. c. qvi Græcè ἀπόβατήριον audire asserit, extruxisset. Sustinebat hanc rem, usqve dum Patriæ desiderio excitatus Montes Armeniæ derelinqveret, & Natale solum, terram Palæstinam, *ut ex Jacobo Orrhaita tradit Moses Bar Sepha Libr. I. de Paradiso, cap. XII. repetens,* sedem rerum & fortunarum suarum in Hebronem collocaret, qvi ager Scriptoribus ideo ἐξοχὴν a Domino & incola suo appellatur, eo qvod *Noachus Ogygis nomine* indigitaretur, *teste Xenophonte in Tractatu de Æqvivocis.* Qvo delatus liberis creandis & instituendis sese mancipavit, & non modo plantandarum arborum & agriculturæ rationes eosdem docuit, sed & verum Dei cultum iisdem instillavit, usqve dum crescente multitudine, *consilium de coloniis deducendis iniret, qvod Nimrodi* ardor dominandi confirmabat.

Nam

Nam potens iste Venator coram DEo, imperii atqve dominationis oestro percitus ingentem multitudinem secum in convallem *Schinbaris* abduxit, Dominiumqve longe lateqve dilatavit. Principium Regni constituebat *Babylonem*, ibiqve ad vires suas ostendandas, & ad famæ memoriam posteritati relinqvendam, ad aqvarum deniqve impetum, si qvando altera vice diluvium contingeret, inhibendum, præaltam struere turrim cœpit, qvod impium tamen opus DEus impediit ubi ædificantium lingvas confunderet, sicqve conatibus nefariis resisteret.

Hinc itaqve in diversa migratum, & per familias, alii versus orientem, alii ad occidentem, multi ad Meridiem, nec pauciores ad Septentrionem colonias deducebant, qvoqve qvemqve sors ferebat & DEus, eam terram cum suis occupabat, ut tam maritima qvam mediterranea cultoribus replerentur. Non qvidem ac si uno eodemqve momento migrationes, vel inchoatas, vel

 con-

In Bezeé Múzeum Budapest, Budapest, Múzeum utca 14. Budapest

confectas esse credam, sed qvod multitudine qvotidie crescente, loca commodiora qværerent, scio enim inqvit, *Theophilus Antiochenus Libr. II. Primo loca meridiei, orienti & occidenti subjecta inhabitata sunt, postmodum inde progressi paulatim homines, etiam reliqvas orbis partes invaserunt.* Factum ergo ut orbis habitati partes qvidem tres, de totidem Noæ Filiis numerarentur potius qvam nuncuparentur, cæteræ autem Regiones, ut & Gentes ipsæ a nepotibus, horumqve posteris *nomina sortirentur*, imo de Conditoribus quasi particularibus, denominationes particulares introducerentur, qvod inter paternæ auctoritatis metam imperia s. Respublicæ, vel ut Græco vocabulo uti liceat, πολιτεῖαι καὶ ἀρχαὶ consisterent: Qvibusdam etiam *sedium natura, Cœliq; plaga teste Varrone de Lingva Latina Libr. IV. Mores* item, aut similis qvidam respectus nomen daret, qvod & ex sangvinis conjunctione non raro mutatum fuisse credibile est. Et sic evenit, ut, ii qvi occi-

occidentem versus per Asiam minorem hodie Natoliam dictam, Bosphorum Thracicum transfretarent, & in adjacentibus Regionibus considerent a Ductoribus suis, *Posteris Japheti & Semi*, THRACES ET GETÆ audirent. THRACES qvidem a *Thiraso* filio Japheti, *authore Josepho Lib. I. Antiqvit. Jud. qvam opinionem Berosus, Zonaras & Isidorus Lib. IX. sequuntur, Hieronymus etiam in Qvæst. Hebr. annotavit*, GETÆ vero a Gethere nepote Semi, a qvo ortos esse *Melanchton & Peucerus in Chronico Carionis consentaneum autumant Lib. I. p. m. 38.* qvos sermonis similitudo & amicitiæ nexus ita conjunxit, ut unus populus per longum temporis tractum existimarentur, *ut videre est in Strabone Lib. VII. Herodoto Libr. IV. & V. Luciani Jove Tragædo, Suidæ Zamolxi, Stephani Getia, Melæ Lib. II. Cap. I. Statii Libr. IV. Thebaid. Plutarchi Demetrio, Polynæi, Lib. VII. Justini Libr. XVI. Orosii Libr. III. Cap. ult.*

Crescebant jam mirumqve in modum

Szegedi Rozsa Múzeum Tudomanyos Konyvtara
Szegedi Tudovarhely

dum augebantur, & omnes adjacentes Regiones implebant, ex variis respectibus peculiaria nomina sortientes, nam ex Fluviorum accolatu, qvi ad fluvium *Thiras*, hodie *Nyester*, ubi Tartaria Bialogrodiensis conspicitur *Thira Getæ*, qvi ad Pathisium modernum Tybiscum habitabant, *Thyssa Getæ*, appellabantur; alii Massa Getæ &c. dicebantur. Una fere omnibus erat Lingva, *Germanica sc.* qvod de Getis & Dacis expresse *Strabo Lib. VII.* asserit, verbosius vero & exqvisitius disputarunt: *Bilibaldus Pyrcamerus in Germania sua, Gesnerus in Mithridate, Goropius in Originibus, Philipp. Melanchton & Peucerus in Chron. Camerarius in Chronol. Niceph.* Specimina ejus protulere *Lipsius Cent. III. Epist. ad Belgas Ep. 44. Vulcanius Brug in Libro de Literis & Lingva Gothorum. Melchior Goldastus T. I. Const. Imp. p. 190. Olaus Vormius de literatura Runica Cap. 17. p. 145. Johann justus Vinckelman in Notitia Historico Politica Vet. Saxo-Vestphal. Libr. III. Cap. VII. p. 454. & Otfridus*

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Egyesület Székelyudvarhely

dus Poeta Germanicus in suis Poematibus, Hartknoch in Prussia.

Posthæc Regionis divisio antiqva diu duravit, ut alii DACI alii Getæ audirent. Getæ qvi versus Pontum & Orientem inclinant: Daci qvi in diversum ad Germaniam & Istri fontes pergunt, qvos puto, (sunt verba Strabonis) antiqvitus Davos appellatos, unde etiam apud Atticos in usu fuerint servorum nomina, Getæ & Davi. Id enim probabilius est, qvam a Dais Scythis, procul apud Hyrcaniam dissitis dictos fuisse, cum veri simile non videatur inde in Atticam allata mancipia. Nam Servis Attici nomina imponebant, aut gentis unde fuerant allati, ut Lydum, Syrum, aut ea, qvæ apud ipsas gentes essent usitatissima, ut Manen vel Midam qvi ex Phrygia, Tibium, qvi ex Paphlagonia. Hæc ille. Latuit tamen Dacorum hoc nomen sub Getico, usqve dum, auspicio Bærebistæ cujusdam ut videtur Regnum proprium stabilirent.

Sed sic crescente numero, patentibusq; Regionibus, imperia illa Paterna rejecerunt, jusqve pietatis naturalis

lis aspernantes, Politias instituentes, qvæ jus societatis civilis ac Dominationis constituunt, earum *Rectores non Patres sed Reges* appellarunt, unde varia postmodum Regna, per diversa nomina ab invicem distincta exorta sunt. Haud ultimum qvod ad Regni dignitatem exsurgebat, erat Regnum sic dictũ *Geticum*, amplissimum, populosissimumqve, cujus ditiones attingebant *Svevos*, trans Albim habitantes, & juxta Austrinam partem secundum Istrum, eis & trans, protendebantur, & e Regione Hercyniæ Sylvæ, partem montium ipsæ qvoqve complectentes: Deinde versũ Septentrionem dilatabantur usqve ad Tyrigetas, ex *Strabonis Libr. VII.* *Dacorumq; Regio Provinciæ Geticæ cognomine* veniebat. *ut apud Zonaram in Galieno*, legimus. Obscurabatur tamen qvod sub communi *Scytharum* nomine plerisqve comprehenderetur, affirmante *Plutarcho in Tr. de valetudine tuenda, Luciano in Scytha, Zosimo, Nicephoro Callisto, Zonara, Cedreno, Manasse, Arriano Libr. III. Cap. 18. Libr. 7. cap. 34.* Ita

ta qvidem, ut licet, certum sit, primis cito temporibus claruisse, Regibusqve suis qvi in Tomis solium collocarant, gavisum fuisse, Eorundem tamen seriem continua recitatione complecti impossibile videatur. *Illud e Servio in I. Æneidos* planum fit, ante Trojani belli tempora Getas *Harpalicum* non solum debellasse, sed & cœpisse, ex *Claudiano Lib. II. de raptu Proserpinæ Amazones* cum eis belli gerasse, *ex Herodoto Lib. IV. a Dario Hystaspe* in Scythas expeditionem accelerante, cum per imperitiam ei restitissent, victos fuisse, *e Thucydide L. II.* qvod Sitalco Regi Odryssarum se associarint contra Perdiccam *II.* Regem Macedoniæ, ex *Orosio Lib. I. Cap. 16.* Alexandrum Getas evitandas pronunciasse &c.

Ex hoc Regno *Getico*, successu temporis *Dacicum* auspicabatur, qvod conjunctione omnium bonorum & authoritate Regia ad magnam nominis gloriam, Romanorumqve terrorem excrevit. Si *Vossio* credendum qvi *in*

Digitized by Arya Samaj Foundation Chennai and eGangotri
Contributed by Prof. Tudor Budavariu

Notis ad Justinum Lib. 32. Rubobostem ut in minore Epitome Trogi dicitur, *Bærebistam* esse asserit, & *Bærebista* idem est qvi *Olores* ut Reineccius, vel *Oroles*, ut Vossius legunt, qvod huic videtur, certum est ad decus hoc *Daços* pervenisse, dum viderent se reliqvis pares, viresq; suas experti, forti animo hostes, opibus & Regioni suæ insultantes repulissent. *Nam Bærebistas vir natione Geta, cum Gentis ejus Præfecturæ, (sunt verba Strab. Lib. VII.) insisteret, homines freqventia bellorum & cladibus afflictos reficiendos esse curavit, eosqve eo magnitudinis extulit, nunc exercitatione corporum, nunc victus sobrietate, nunc eductorum obedientia, ut intra paucos Annos, latum adeptus sit imperium, plurimosqve finitimorum, Getarum ditioni subdiderit: trajectoqve audacter Istro, Thraciam diripiens, usqve in Macedoniam & Illyricum, magnum Romanis, terrorem incusserit, deq; Gallis finitimis, Thracibus & Illyriis prædas ingentes reportavit.*

Cui ex accuratiori Strabonis consideratione non possum non subscribere. De Præfectura qvippe mentionem injicit, qvod de Geticoregno dici non poterat; & Præfectum Præfecturæ Istrum trajecisse, qvod Getis Regnicolis non incumbebat, qvi trans Istrum habitabant, asserit. Imprimis vero eadem pag. *Gens eadem, inqvit, qvæ Bærebistæ ductu in tantam conscenderat amplitudinem demum ob domesticas seditiones & ex Romanorum bellis depressa est. Tamen adhuc ad millia hominum qvadraginta emittere apte valent. Per ipsos autem* MARISIUS *fluvius Danubium influit.*

Unde & tempus augurari licebit; ex iis enim qvæ *Justinus de Persei Regis Macedonum* apparatu bellico in medium affert, liqvet, vel ejus, vel Patris Philippi ætati adscribendum esse Regni hujus exordium, qvi ab Anno M. 3728, usqve ad A. M. 3782. Summa Rei in Regno Macedonico potiti sunt, Annis post Urbem C. 518. sqq. Olympiad. 136. 137. sqq.

Geographicam Regni descriptionem

Hadtörténeti Múzeum Tudományos Könyvtár
Digitalis Múzeumvarázsló

nem exponit *Ptolomæus Lib. III. Cap. IIX. Videlicet definiebatur a Septentrione parte Samatiæ*, qvæ est in Europa a Carpatho monte, usqve ad conversionem Tyræ fluvii, cujus gradus sunt

53. 0. Long. 48. 30. Lat.

ab occasu Jazygibus Metanastis juxta Tybiscum amnem

A Meridie autē ea parte Danubii fluminis qvæ est a divertigio Tibisci amnis, usq; Axium civitatem, a qva jam Danubius usqve ad Pontum & Ostia Ister apellatur, cujus partis situs sic se habet: Post divertigium Tybisci fluvii, prima ad austrum conversio

47. 20. | 44. 45.

Juxta divertigium Rhabonis fluvii, qvod ad Daciam tendit

49. 0. | 43. 30.

Ciambi divertigiū 49. 30. | 43. 45.

Id qvod juxta divertigium est alutæ amnis, qvi ad septentrionem cum impetu vectus Daciam dividit,

50. 0. | 44. 0.

Con-

Conversio juxta Oescum

51. 0. | 44. 0.

Conversio juxta Axium

54. 20. | 45. 45.

Ab oriente autem terminatur inde Istro fluvio usqve ad conversionem, qvæ juxta Dinogetiam civitatem est, cujus gradus 53. 0. | 46. 40.

Præterea Hierasō fluvio, qvi juxta Dinogetiam ab Istro exeptus, ad septentrionem & Orientem fertur, usqve ad præfatam conversionem Tyræ fluvii ut dictum gr. 53. 0. | 46. 30.

Et tenebant hoc Regnum maxime septentrion. A plaga occidentali incipiendo, Anarti, Teurisci Cistoboci, & sub his Prendavesii, Rhatacensii, Caucoensii, sub qvibus similiter Bielphii, Buridensii, Cotensii, & iterum sub his Albocensii, Potulatensii & Sensii, sub his qvi maxime australes sunt, Saldensii, Ciagisi & Piephigi inhabitantes civitates varias, qvarum præcipuæ hæ erant:

Magyar Nemzeti Múzeum Tudományos Könyvtára Szekely Udvarhely

Rhuconnium	46.	30.	48.	10.
Docirava	47.	20.	48.	0.
Paroliſſum	49.	0.	48.	9.
Arcobadara	52.	0.	48.	15.
Triphulum	52.	15.	48.	15.
Patrodava	53.	0.	48.	15.
Carſidava	53.	20.	48.	15.
Petrodava	53.	45.	47.	40.
Ulpianum	47.	30.	47.	30.
Napuca	49.	0.	47.	40.
Patruiſſa	49.	0.	47.	20.
Salinæ	49	15.	47.	10.
Prætoria Auguſta	50.	30.	47.	0.
Sandava	51.	30.	47.	30.
Auguſtia	52.	55.	47.	15.
Utidava	53.	10.	47.	40.
Marcodava	49.	30.	47.	0.
Ziridava	49.	30.	46.	20.
Singidava	48.	0.	46.	30.
Apulum	49.	15.	46.	40.
Zermizirga	49.	36.	46.	4.
Comidava	51.	30.	46.	40.
Rhamidava	51.	50.	46.	30.
Pirum	51.	15.	46.	0.
	Long.		Lat.	

Zuſi-

Zuſidava	52.	40.	46.	15.
Paloda	53.	0.	47.	0.
Zurobara	45.	40.	45.	40.
Liziſis	46.	15.	45.	20.
Argidava	49.	30.	45.	15.
Tiriſcum	48.	30.	45.	15.
Zarmigethuſa Regia	47.	50.	45.	15.
Hydata	49.	30.	45.	40.
Nentidava	52.	45.	45.	30.
Tiaſum	52.	0.	45.	30.
Zeugma	41.	40.	44	40.
Tibiſcum	46.	40.	44	50.
Dierna	47.	15.	44.	30.
Acmonia	48.	0.	45.	0.
Druphegis	47.	45.	44.	30
Phrateri	49.	30.	44.	30.
Arcina	49.	30.	44.	15.
Pinum	50.	30.	44.	40.
Amutrium	50.	0.	44.	45.
Sornum	51.	0.	45.	0.
	Long.		Lat.	

Schultzius in Manuali Geographico compendioſius ita definit. Dacia von den Dacis alſo genennet/ gräntzete am Berge Crapack, die Teiſſa, Donau, und

Az Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Szakkönyvtár

und Pruth, und ward abgetheilet in Daciam *Alpestrem* Mediterraneam und Ripensem. Alpestris oder das Bergigte begreiffet in sich/ was zwischen dem Gebürg an Siebenbürgen der Donau dem Fluß Pruth und Reussen gelegen / nemlich die grosse und kleine Valachay; eigentlich also genommen/und zwar von der Moldau nur ein Stück biß an den Fluß Pruth/ denn das übrige biß an den Niester gehöret zum Europæischen Sarmatia. Mediterranea oder das Mittel-ländige Dacia, lieget dem vorigen zur Seite gegen Abend/ und begreiffet in sich mehrentheils was jetzo Siebenbürgen heisset und ist. Ripensis oder das Wässertichte Dacia so nemlich zwischen der Teissa und Siebenbürgen gelegen ist.

Qvanto vero magis, (ut ad institutum perveniamus) & ætate & loco abinde distabant, unde omnes gentes primitus egressæ fuerant, Daciæ incolæ, tanto magis a Patrum instituto, qvi eis veram de Deo Doctrinam fidelissime instillarant, recesserunt, & in maximis

ximis Idololatriæ tenebris delituerunt, qvippe cum *Getis Zamolxidem*, qvem plurimi *Geberem* existimant, alii vero *Semum* intelligi volunt, & *Regem & Deum*, prisco sed pagano Gentium fere omnium instituto coluerunt, sacrificiumqve nescienti procurarunt.

Meminit hujus rei *Plato in Charmide*, *Medicus enim Thracensis ait, Zamolxidis Sectator, qvod genus Medicorum etiam immortalitatem inducere dicitur, Zamolxis inqvit, noster Rex, qvi DEUS est, dicit, qvemadmodum absq; capite non oportet oculorum curam tentare, neqve capitis absq; corpore sic neq; corporis absq; anima.* Hunc Zamolxidẽ eodem honore qvo reliqvæ Gentes *Saturnũ*, afficiebant, unde *Mnesias* ex *Svida* ait, *coli apud Getas Saturnum, diciq; Zamolxin*, item *Laertius Libr. VIII. Getas ei sacrificare, credereq; eum Saturnum*, cujus rei & *Herodotum* laudat testem, apud qvem id hodieqve legitur in Melpomene. Acceperant ab eo animarum immortalitatem, mortuos ad Zamolxidem ire tradebant, qvos

Tudományos Könyvtára Szegedi Tudományegyetem

qvos redituros, ajebant, idqve semper verum esse putabant, teste Hellanico, in eo tamen ab illis discrepans, qvod Græcum fuisse asserat, forte ut suis laudem inventorum eo melius adscribere qviret, vide omnino hac de re *Hermippum*, qvi ea Thracibus adscribit, qvæ Hellanicus Græcis vendicat.

Hinc solenne ipsis fuit, ut qvinto qvoqve anno, qvempiam e suorum numero sorte delectum ad Zamolxidem mitterent, & ita mitterent, ut de ipsis qvæ ipsis opus essent, mandata daret. Missio hoc modo fiebat ex Hedoto, *Quibusdam eorum datur negotium ut tria jacula teneant, aliisve comprehensis ejus qvi ad Zamolxin mittitur, manibus pedibusq, hominem agitantes, in sublime jactant adjacula. Qvi si inpræsenti arum extingvitur, propitium sibi Deum arbitrantur: Sin minus ipsum nuncium insimulant, asseverantes malum esse virum.*

II. *Sacerdotis cujusdam meminit Strabo Lib. VII.* Apud Getas Sacerdos, Deus dicitur, & mons sacer existimatur, atqve

qve ità appellatur, *ad qva verba Lipsius in Lib. I. Historiarum Taciti p. 306. col. & sq. col. 1.* Sed tu disce, Getarum populum Dacos esse ex Dione *Libr. LI.* & Strabone ipso statim, etiam Appianus notat Getas ultra Danubium a Romanis Dacos appellari. *Statius III. Montis*:

Hæc est qvæ victis parentia fœdera Cattis,
Qvæqve suum DACIS donat clementia *montem.*

Item:

Tu civile nefas tu tardum in fœdera montem
Longo Marte domas.

In qvem Locum idem *Lipsius l. c.* Cur montem disertè nominat? Qvianè montana Dacia, & tales ibi munitiones? Apparet è Fragmentis Dionis in Rebus Trajani: ὁδὲ Τρακιανὸς, ὅρη τε εὐτειχισμένα ἔλαβε, καὶ ἐν αὐτοῖς τὰ τε ὅπλα, καὶ μηχανήματα, καὶ τὰ ἀιχμάλωτα. Suspicari etiam possis in re occultius aliqvid designari, ἐνικῶς enim & unum montem duntaxat appellitat. Aspectum igitur

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Szekelyudvarhely

igitur a Poeta, ad ſtupendam & miri ſtuporis ſuperſtitionem Dacorum, qvibus Sacerdos in monte qvopiam DEus habebatur, & mons ipſe ſacer.

Rem hanc totam explicat *Bonfinius*. Nam poſthæc, inqvit, e Getarum Gente qvendam *Zamolxidem* nomine, *Pythagoræ* ſerviſſe ferunt ab eo ne mediocrem qvidem divinarum rerum cognitioonem didiciſſe: *ad Ægyptios* peregrinatum, nonnulla ſuis artibus addidiſſe: in Patriam reverſum, in ſummo honore apud ſuos habitum: auguria, ſomnia, prodigia præſagiviſſe, proinde Regem Getarum ultro animum induxiſſe, ut optimum divinæ voluntatis interpretem ſibi in Regni ſocietatem hunc Philoſophum adſciſceret: imprimis peculiarem *Dei Sacerdotem fuiſſe deſignatum, deinde pro Deo habitum*, ſpeluncam ſubterraneam, ac aliis inviam ſubiviſſe: nemini præterqvam Regi Regisq; Miniſtris colloqvendi feciſſe poteſtatem, ibi Deorum more oracula redidiſſe: Edicta edidiſſe multa. Demum morem hunc ad Tiberii usqve tem-

tempora perduraſſe, qvo ſemper aliqvis ſanctisſimis inſtitutis præditus inveniretur, qvi Regi Conſiliarius foret, & pro *Deo a Getis coleretur*. Cæſaris Auguſti tempore, qvi adverſus Bærebiſtam Getarum Regem comparavit Exercitum, Deceneas hoc honore in ſacro *monte cui Cogeono* nomen erat, fungebatur.

Licet itaqve in hac enarratione dubia qvædam oriantur; ubi Zamolxis ſervus Pythagoræ dicitur, qvod ex ipſo Herodoto, qvi aſſerti hujus primus auctor eſt, facile refutatur, nam *Malchus ſive Porphyrius* & *Jamblichus* uterqve in vita Pytagoræ, Laertius vero *Libr. IIX. Hiſtoriæ Philoſophicæ* illud præteruunt, qvod poſtea *Herodotus* addidit: Putare ſe atqve credere *Zamoloxin* multis *ante Pythagoram* annis extitiſſe. Nec mirum, ab illis enim omittitur ut Præceptoris ſui laudes eo magis evehere poſſent; ab hoc vero qvia mallet Philoſophiæ inventæ gloriam, ſuis adſcribere Græcis qvam Barbaris. Aſſeritur Zamolxin a Pythagora rerum divinarum

Hazai Rezsi Múzeum Tudományos Könyvtár Sárkányudvarház

narum cognitionem hausisse, cum potius ab hoc hausisse Hermippus observaverit, imprimis doctrinam de μετεμψυχώσει, qvam Getas a Zamolxide accepisse auctor est *Julianus in Cæsaribus*: qvia tamen de monte & sacerdote tam perspicuis rem explicat verbis, adscribi omnino debuit.

Jornandes seculi VI. Scriptor. cultum qvendam etiam inculcat ae Rebus Geticis Hist. August. Script. min. p. 1094. Dehinc inqvit, regnante in Gothis Berbista, Diceneus venit in Gothiam (*est hæc vero* Dacia. *Daciam dico antiqvam, qvam nunc Gepidarum populi possidere noscuntur, qvæ patria in conspectu Masiæsita trans Danubium, corona montium cingitur, duos tantum habens accessus, unum per Bontas, alterum per Tabas. Hanc Gothiam qvam Daciam appellavere majores &c. p. sq.*) qvi cernens eorum animos sibi in omnibus obedire, & naturale eos habere ingenium, omnem pene Philosophiam eos instruxit, Erat enim hujus rei Magister. Nam Ethicam eos erudivit, bar-

barbaricos mores compescuit Physicam tradens, naturaliter propriis legibus vivere fecit, qvas usqve nunc Belagines nuncupant. Logicam instruens eos rationis supra cæteras Gentes fecit expertos: Practicen extendens, in bonis actibus conversari svasit. Theoricen demonstrans signorum duodecim, & per ea planetarum cursus omnemqve Astronomiam contemplari edocuit; & qvomodo lunaris orbis augmentum sustinet, aut patitur detrimentum edixit; solisqve Globus igneus qvantum terrenum orbem in mensura excedat ostendit; aut qvibus nominibus, vel qvibus signis in Cœli polo vergentes aut revergentes trecentæ & qvadraginta sex stellæ, ab ortu in occasum præcipites ruant, exposuit. Qvalis erat rogo voluptas ut viri fortissimi qvando ab armis qvantulumcunqve vacassent, Doctrinis Philosophicis imbuebantur? Videres unum Cœli positionem, alium herbarum frugumqve explorare naturas; Istum Lunæ

Digitized by Magyar Tudományos Könyvtár
Created by Tudvavhely

næ commoda incommodaqve, Illum ſolis labores attendere, & qvomodo rotatu cœli raptus, retro reduci ad partem occiduam, qvi ad orientalem plagam ire feſtinavit, ratione accepta qvieſcere. Hæc & alia multa Diceneus Gothis ſua peritia tradens, mirabilis apud eos enituit, ut non ſolum mediocribus imo & Regibus imperaret. Elegit namqve ex eis tunc nobiliſſimos prudentioresqve viros, qvos Theologiam inſtruens, numina qvædam & ſacella venerari ſvaſit, fecitqve Sacerdotes, nomen illis *Pileatorum* contradens, ut reor qvia opertis capitibus tiaris, qvos pileos alio nomine nuncupamus litabant: reliqvam vero gentem Capillatos dicere juſſit, qvod nomen Gothi pro magno ſuſcipientes, adhuc hodie ſuis cantionibus reminiſcuntur. Et hi Pileati forſan iidem ſunt qvos *Joſephus Lib. XIIX. Antiqvit. Jud. Cap. II. p. 494. Edit. Baſil. 1567. Pliſtos vocat.* Eſſenorum inqvit Placitum univerſitatis regimen citra exceptionem

nem DEO aſſerit, immortalitatem animis: nec aliud qvicqvam æqve ac juſtitiam omni contentione expetendum exiſtimat. Ad templum autem donaria mittentes, ſacra ibi non faciunt, qvum ſanctioribus utantur Ceremoniis, qvapropter excluſi à communi fano, ſeorſum ſacrificant. Moribus alioqvi ſunt probatiſſimis, agris colendis in totum dediti. Miranda etiam eorum eſt juſtitia, qva omnes Græcos & Barbaros longe ſuperant, multis jam ſeculis triti, in ejus continuis ſtudiis. Facultates in commune poſſident, nec aliqvis dives magis utitur ſuis bonis, qvam qvivis nihil poſſidens. Atqve hoc inſtituto vivunt virorum ſupra qvatuor millia, nec uxores habentium, nec ſervos, qvod alterum ad injuriam communis naturæ pertinere cenſeant, alterum tranqvilitati vitæ parum commodum, qvare per ſe ipſi viventes, invicem ſibi miniſtrant. Qvæſtores creant viros probos ex ſacerdotum numero, qvi ex agrorũ

 redi-

Herz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

reditibus & frugum proventibus cibos eis conficiant. In summa: eandem fere vivendi rationem sequuntur, quam hi, *qui apud* DACOS *Plisti nominantur.*

Igitur in eam Rem conferri potest *Possidonius*, nam hic tanquam religioni deditissimos, a carnibus abstinentes, perpetuique cælibatus non parva ex parte describit observatores: Melle tantum ac lacte caseoque vesci solitos, atque idcirco *Dei colas* & *Capnobabas*, i.e. fumi conscensores dictos, nonnullos, qui sine mulieribus vitam exegerint, *Cristas* vocatos, quasi Creatores, honorisque gratia sacro sanctos habitos, & omni denique libertate donatos. *Menander* ille *Comicus* idem sentiens *Thraces*, inquit, *universi, nos præsertim Getæ, nam eorum indigenam esse, me ipse glorior, præ cæteris continentiam nimis agimus.* Et subdit: *E nobis Uxorem ducit nemo. Apud Bonf. Hist. Ung. Decad. I. L. 1. p. m. 6.*

His addidêre Martem, cui vota sua exsolvebant, & asperrima semper cul-

cultura placabant, quippe cujus victimæ erant mortes captorum, opinantes bellorum præsidem apte humani sanguinis effusione placandum. Huic prædæ primordia vovebantur, huic truncis suspendebantur exuviæ, eratque illis religionis præter cæteros in sinuatus affectus, cum parenti devotio numinis videretur impendi, uti rem describit *Jornandes in Geticis suis*, inter Historiæ Augustæ Scriptores Min. p. 1091. Fanum ei ex sarmentorum congerie erexerant Thordæ, quam Diernam veteres appellarunt. Ubi præter homines sc. primos ex præda, quoslibet, ex reliquis captivis vero centesimum quemque immolantes, Lupos, canes, Equos ei offerebant, ex avibus Gallum & Vulturem consecrabant, Gramen vero dedicabant.

Paucis: Religionis facies torva erat, Idolorum cultus primus imperium atque robur obtinebat, sacrificium nescientibus procurabatur, lumen cœcis inferrebatur, thura non spirantibus con-

 cre-

Digitized by Szekely Udvarhely Múzeum Tudományos Egyesület

cremabantur, allegabantur preces surdis, & ab iis custodia petebatur, qvos fur nunqvam timuit involare, ad tempora *Valentis* usqve, sub cujus imperio Christianorum nomen, non tamen veram Religionem amplectebantur. Hoc ut melius pateat accuratius evolvendum erit.

LIBER II.

GEsserat cum Romanis bellum *Philippus Rex Macedoniæ* a qvibus insigni certamine repressus magis qvam victus, in apparatum novi belli totus incumbebat. Interveniente vero inter Filios ejus *Perseo* & *Demetrio* simultate, *Demetriq*, ob Fratris calumnias, Patri suspecti, morte, cognita Filii innocentia, *Philippus* periit, bellumqve *Perseo* cum Regno reliqvit. Hic Paterni in Romanos hæres odii atqve consilii, nullo prudentiæ subsidio fultus, conciliatis sibi per *Græciam civitatibus, Thracibus item, Illyriis & Dacis* in vires suas,

as *tractis, teste Justino Libro* XXXII. bellum a Patre acceptum, A. Regni sui septimo, continuabat, sed tam infeliciter, ut qvarto anno tam illius, qvam totius Macedonici imperii clade ad servitute finiretur.

Enimvero qvod Daci Signa Persei in Romanos secuti fuerant, id primo *Minutium Rufum, deinde Curionem in Dacos animavit*, qvorum *ille Anno ab Urbe condita. 644. hic vero 678. Macedoniam* proconsulari dignitate administravit, *ut ex Floro Libr.* III. *Cap.* IV. & *Julio Frontino Lib.* II. *cap.* IV. colligere licet, ob qvod succedentibus temporibus, magno in Odio Daci Romanis & Romani Dacis erant, usqve dum COTISO Romanis terribilis, & Regionibus ipsorum maxime infestus Rex, contra hostes suos legiones instrueret, per variasqve in Thraciam & Pontum excursiones JULIUM CÆSAREM graviter offendens, ejus Adventum præstolaretur, qvo odium tantum dirimeretur. *Lucianus* hac de re *Cæsarem*, mirantem ex

urbe Roma procerum fugam, *Lib.* III. ita loqventem inducit:

Dii melius, qvod non Latias Bous in oras.
Nunc furor incubuit, nec junctos armata velox.
Panonio, DACISqve *Getis admissus; habenti*
Tam Pavidum Tibi Roma ducem fortuna pepercit,
Qvod bellum civile fuit.

Expediisset etiam hoc bellum Cæsar nisi subito periisset. (*Cæperant jam Daci & Getæ confundi, & Daci mox Getæ mox Daci dici. Unde & Plinius Lib. IV. cap.* XII. *Getas Romanis Dacos esse asserit, Dion vero in Domitiano, a Græcis Getas, qvi Romanis Daci dicuntur, appellari author est.*) Inclarescebat exinde fama nominis eximia COTISO tanta qvidem, ut triumviralibus temporibq AUGUSTUS CÆSAR, filiæ ejus matrimonium peteret, & rursus filiam suam Regi conjugem offerre non dubitaret, in qvam rem *C. Svetonius Tranqvillus* inqvit: *Marcus Antonius* scribit. *Primum cum Anto-*

Antonio filio suo, despondisse Juliam. Dein Cotisoni Getarum Regi: qvo tempore sibi qvoq; invicem filiam Regis in matrimonium petiisse, Histor. Augustæ cit. p. 135. Hoc institutum vero a necessitate profectum, ut successu caruit, ita qvoqve in capitale odium exarsit. Nam Rex tantis promissis illectus arma posuerat, & Legatos suos Romam mittebat, ut novam nuptam sibi peterent & adveherent, qvi cum nihil impetrarent Antonii partes amplectebantur, belliqve famam sibi præmittebant. Abstersurus ergo hanc ignominiam, Rex, qvamprimum concretus in gelu Danubius ripas junxerat, Panoniam & Mysiam infestis populationibus vexabat, sic enim *Florus, Daci montibus adhærent, Cotisonis Regis Imperio, qvotiens concretus gelu Danubius junxerat ripas, decurrere solebant & vicinia populari. Histor. Augustæ cit. p. 45.* (alludit huc *Virgilius Libro 2, Georg. p. 63 Edit. Amstellod. cum notis Farnabii.* hoc versu:

Aut conjurato descendens Dacus ab Istro.)

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

& varias cladesRomanis infligens,tantum terrorem Romanis injiciebat, ut jam deperditam existimarent urbem, canebant enim præcentore *Horatio Libr.* III. *Oda* VI.

Pene occupatam seditionibus,
Delevit urbem Dacus.

Italiam petiturus erat, nisi primo *Marcus Crassus*, mox *Lentulus*, & tandem *Tiberius* victoriæ cursum inhibuissent,a qvibus ter victus, multis milibus relictis,Daciam suam repetere cogebatur.

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

Gaudium ob tantam victoriam enatum, describit; *Horatius Oda* IX. *Libr.* III.

Sume Mæcenas cyathos amici
Sospitis centum, & vigiles lucernas
Perfer in Lucem: procul omnis esto
Clamor & ira
Mitte Civiles super urbe curas
Occidit DACI COTISONIS *agmen.*

Nihil tamen amplius obtinebant, qvam qvod trans ulteriorem ripam eun-

eundem repellerent. *Visum est*, inqvit *Florus l. c. Cæsari Augusto Gentem aditu difficillimam submovere, misso igitur* Lentulo, *ultra ulteriorem repulit ripam, citra præsidia constituit, sic tunc* Dacia *non victa sed summota tantum est, atq; dilata.*

Animadvertens; itaq; *Augustus* se parum contra Cotisonem proficere, pacem a se læsam ei obtulit, & singulari favore Dacos omnes fovit, ne fortitudinem eorum experiri denuo cogeretur. *Cotiso* ea accepta in suis ditionibus permanens, qvieti se totum dabat,Regnum per longum satis bellum, ditatum licet,debilitatum tamen,pristino vigori restituturus. Post ejus obitum successor ejus mox sufficientem belli ansam nactus, coactis copiis in Mæsiam irrumpebat, & ferro flammis rapinisqve omnia devastabat, TIBERIO, qvi *Augusto* successerat monstraturus, eum qvi pacem interturbat, & sibi & suis malorum causam esse, omne bellum sumi facile, cæterum ægerrimę desinere, nec in ejusdem pote-

ſtate finem eſſe; amicitiam tuendam fuiſſe, confæderationemqve ſuam a Romanis neqve utiliter negligi, neqve ſecurè contemni. Succeſſus ubiqve tunc erat feliciſſimus, donec rapinis onuſtus Patriam repetebat, & qvieti ſeſe mancipabat. Voluit qvidem Tiberius, eam Dacicæ Gentis violentiam vindicare, ſed prius in fata conceſſit qvam exercitus ad illud bellum comparatus expediri potuit. Succeſſori *Tiberii, Cajo Caligulæ* illud incubuiſſet, ſed dum minis tantum eos debellare tentat, timeri non poterat tam vitæ perditæ tyrannus, a viris tanto robore & militari ſcientia præditis. Nec *Claudius Druſus* ad bellum provocare tentabat, cum omnibus qvi ad Domitianum usqve Romanorum Imperium moderabantur, multo minus *Domitianus* illis arma intuliſſet, niſi eum tanqvam ſordidæ avaritiæ mancipium contemnentes deliberaviſſent, Romanorum terras ſibi vicinas, ab indigno Imperatore liberandas & armis, vel pactis vel alio qvo-

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Szakelyudvarhely

qvocunqve modo ad ſe pertrahendas eſſe.

DECEBALUS tunc ſummas tenebat inter Dacos, vir ſummus, animi corporisqve viribus robuſtus, ſub cujus ſignis ſe totum orbem vincere poſſe confidebant. Nec deerat ſpei ſucceſſus. Lectis turmis adoriebantur Romana ad Danubium præſidia, & victo cæſoqve *Popæo Sabino*, omnia longe lateqve populabantur, urbes diripiebant, prædaqve onuſti denuo ſe in ſua recipiebant. Hujus rei fama cum ad *Domitianum* perveniret, *Cornelio Fuſcos* ſummam demandans, ingentibus copiis bellum *Decebalo* inferre curabat. Qvamprimum *Decebalus* inſtitutum perciperet obviam *Fuſco* contendebat, & hoſte profligato, ipſoqve *Fuſco* obtruncato, eam formidinem *Domitiano* incutiebat, ut in bello adminiſtrando *Julianum*, etiam ſibi ſurrogare, non dubitaret.

Martialis huic *Fuſco* tale fecit Epitaphium:

Ille sacri lateris custos, Martisq; togati
Credita cui summa castra fuere Ducis:
Hic situs est FUSCUS. *Licet hoc fortuna fateri:*
Non timet hostiles, jam lapis iste minas.
Grande jugum Domina, DACUS *cervice recepit,*
Et famulum victrix possidet umbra nemus.

Repetebat qvidem arma *Julianus*, sed & victus in *Tapis Decebalus*, ita Romanos infestabat & premebat, ut pacem petere, & annuum tributum pendere compellerentur, qvo ipso imperium Romanum, qvod omnibus fuerat formidini, a Barbaris jam contemnebatur, sicut ea de re *Plinius in Panegyr.* conqveritur: *Ergo sustulerant animos,* (Barbari,) *& jugum excusserant, nec jam nobiscum de sua libertate, sed de nostra servitute certabant.* Amovere a se hanc ignominiam studuissent Romani, nisi magis curassent, qvomodo ab atroce illo & domestico Tyranno, qvam qvovis extraneo hoste Imperium liberarent.

rent Sublato verò eo & trucidato, de libertate sua consultabant, at NERVÆ senectus Gothorum potentiæ par esse non poterat, & adeo conventio illa Tributaria ad TRAJANUM usq; durabat, Imperatorem Reip. bonum, & nisi tertiæ persecutioni occasionem dedisset, laudatissimum.

Ille Romano nomini rem parum decoram existimans, auro pacem & libertatem emere, ferro qvam auro transigere maluit. Ergo *bellum Decebalo* inferebat, in qvo Rex inferior maxime cruentam victoriam Romanis relinqvebat. Cum iisdem Regias ejus invadentibus certamen qvidem repetebat, sed frustra, hinc pacem petens, ea conditione obtinebat, ut arma, machinas, earumq; artifices traderet, transfugas dederet, & amicos hostesqve eosdem, qvos populus Romanus duceret. Confirmabatur hæc pacificatio Romæ Legatis, qvos Rex Italiam Urbemqve repetenti adjunxerat Imperatori. Sed cum *Trajano Triumphus* simul, simul co-

Szécsényi Múzeum - Tudományos Könyvtár
Szécsényi Múzeum Egyesület

cognomentum DACICI decerneretur a S. Pqve R. per ea irritatus *Decebalus* denuo arma comparare, transfugas recipere, arces instaurare, finitimas nationes ad defectionem solicitare, & eos qvi ei non parebant diripere, honestũ judicabat. *Qvo & factum, ut Judæi, qvi a Vespasiano victi in universo orbe dispersi hinc inde vagabantur, a Decebalo in Transylvaniam, tunc Daciam Mediterraneam, reciperentur, impetratisq; sedibus, oppidum qvod hodiedum Talmisch appellatur, amplum optimumqve, cujus tamen pulchritudo jam non conspicua est, circa Annum Christi* 105. *ædificarent.*

Coactis ergo turmis *Jazygas* Regionis parte mulctabat, *Mysiam* vastabat, *Romanorumq; Præsidia* adortus, profligata hostiliter inseqvebatur. Ob id hostem declaratum, validissimo belli apparatu Imperator coacto, qvalem Dacorum potentiæ parem existimabat, tanto cum successu petit, ut *Regis morte Daciæqve captivitate* finiretur expeditio. Nam Imperator *ponte* firmo in *Danubio* con-

constructo, (cui XX. stabant ex qvadrato lapide pylæ, qvarum altitudo CL. præter fundamenta, latitudo vero LX. pedes continebat: distabant autem inter se CXXC. passibus, fornicibus vero conjungebatur, cum hac inscriptione:

Providentia Augusti vere Pontificis
Virtus Romana qvid non domet?
sub jugum rapitur & Danubius.)

eoqve cum Legionibus trajecto, prælis omnibus victor Daciam vincens, Regnum Regiamqve occupabat, Regem vero eo adigebat, ut salute desperata, ne caperetur, vivusqve Romam in Triumphum duceretur, manus sibi ipsi inferret, cujus rei argumento milites Romani hos decantare solebant versiculus:

Nonne Tibi dixi DECEBALE? *Funestum est* HERCULEM *lacessere. Non recte facis Tua ipse qvod jaces manu: sed te utcunq;* CÆSAR *vicit, tulit Tibi semper* AUGUR AUGUSTALIS.

Descripserunt bellum hoc plurimi inter

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

ter alios vero *Caninius Rufus, Graeco carmine delineavit*, ut legere est apud *Plinium*, qvi testis est, nullam recentiorem materiam, tunc copiosiorẽ, latiorem, magisqve poeticam, & in rebus verissimis fabulosam scribi potuisse, atqve vulgari, qvia in his expeditionibus nova flumina terris immissa, novi pontes fluminibus injecti, insessa montium abrupta sint, pulsus Regno & Regia pulsus etiam vita esset, Rex nihil desperans. Ejus simulachra vero pulcherrimo artificio celata & hodie visuntur *Romæ, in cochlide Trajani*, ubi pingnæ illius seriem non sine voluptate spectare licet.

Et *sic inter qvinqvennium* DOMITA DACIA fuit, inqve *Provinciæ* formam postmodum redacta est. Extat huc, numisma inventum apud *Albam Juliam, Johanniq; Aventino, a Johanne Vangione Franco*, viro admodum erudito & Transylvanicarum Gentium Medico, cum ad illum, *Abusinam* natale solum petens, diverteret, donatum, ipso teste in

in Annal. Bojorum p. 81. cum hac ex una parte inscriptione: IMP. M. JUL. PHILIPPUS, ex altera vero, PROVINCIA DACIA.

Extat *Ulpiani locus Lib. I. de Censibus ff. Lib. 1. Tit. XI. In Dacia qvoq; Zarmensium colonia, a Divo Trajano deducta juris Italici est: Zarmizegethusa qvoqve ejusdem juris est.*

Ditissimum Regem cum novisset *Trajanus, Thesauros* reconditos qværere curavit, qvorum parte inventa, non omnes enim inventos fuisse aurea, illa qvorundam Valachorum *piscatura* sub Georgio Monacho superiori seculo prope *Varhely*, in fluvio *Zarmitz* facta, demonstrat, in signum memoriæ hoc posuit Epigramma Imperator:

Jovi Inventori, Diti Patri, Terræ Matri, detectis Daciæ Thesauris, Divus Nerva Trajanus votum solvit.

In memoriam victoriæ *Nicopolim*, in honorem sororis *Marciæ* ex iisdem *Marcianopolim* extruxit. Unde & *Juvenalis Satyra 6.* concinit

DA-

Szabó Ferenc Múzeum Tudományos Könyvtár
Debrecen, Hungaria

DACICUS *& scripto radiat Germanicus Auro.*

Exhaustam vero per tot cædes incolis, ne cultoribus careret, ex omnibus Romani Imperii finibus socios superstitibus, colonos adjungebat, parentes fovebat, & licet pressos, a totali tamen ruina reservabat. Mutata hinc ibidem varia. *Zarmi Gethusa, s. Zarmisso Gethusa* aliis *Zarmis, Aventino Segethusa, Colonia Ulpia Trajana Augusta Dacia* appellabatur qvod ex Epigrammatibus,

Divo Servio Pio
Colonia Ulpia Trajan. Aug.
Dacia Zarmis.

* * *

Romulo Parenti, Marti Auxiliatori, Felicibus Auspiciis Cæsaris Divi Nervæ Trajani Aug. condita Colonia Dacia Zarmis, per M. Scaurianum ejus Prop. Rom.

ab Authore *Reipubl. Hungar. qvæ cum reliqvis prodiit ex Officina Elzevir. Anno 1614. sq. annotatis, liqvet.*

Alba

Alba Julia, olim Apulum ex Ovidio & Ptolomæo notum oppidum, nomen suum sortiebatur a Diva Julia Augusta Matre D. M. Aurelii Augusti Imp. (A. U. C. 945. Olymp. 243. A. 1. Christi 195. ex Haloandro) qvo idem *Auctor Reip. Hung. qvi sua Transylvanica ex Georgii a Reichesdorff Transylv. Chorographia Transylvanica*, qvæ cum Martino *Bioniovio de Biedzdzfedea Col. Agrip. Anno* 1595. *prodiit*, exscripsit, Epitaphium hoc in vetustissimo marmore templi D. Michaelis descriptum esse asserit,

J. O. M. E. Junoni
Pro Salute Imp. Aurelii Anthonii Pii Aug. & Juliæ Aug. Matris Aug. M. Ulpius Mucianus Miles Leg. XIII. Gem. Horologiare templum a solo de suo ex voto fecit FLACONE *&* CLARO *Coss.*

In his & reliqvis Civitatibus, qvorum præcipuæ in Dacia Mediterranea Consulari dicta, hodierna Transylvania, *Rhuconium* hodie *Regen*, *Sandava nunc*

Haáz Rezső Múzeum, Tudományos Könyvtár, Székelyudvarhely

nunc Schæsburgum, Petridava modo Petersdorff, Utidava Utvarhely, Singidava Eneyt, Rhamidava Reps, Pirum Berthalom, Tiasum CronStadt s. Brassovia, Comidava, qve aliis Decidava est, Dees, Zurobora Temesvar, Dierna Tornburg, Phrateri Broos &c. erant, juxta instituta Legesqve Romanorum cuncta fiebant, Civesqve ab *interno & externo*, qvod constitutum ad hunc usqve diem obtinet, senatu regebantur, qvorum *ille* auctoritate conspectior, judiciis Civilibus & Capitalibo præerat, ac ex XVI. Senatoribus constabat; *hic* Centum viros complectebatur, qvi populi vicem referebant, suffragiisqve suis efficiebant, ut omnium sane civium ratio haberetur. Sicqve Daci Romanorum Legibus vivebant, & qvi ante Germanicè, jam Romanorum lingva causas dicebant.

Supra dictis Cultibus, qvorum tamen minimam partem me forsan meminisse libenter fateor, satius enim est in talibus nihil, qvã talia qvæ nullius auctoritate atqve testimonio stabiliri possunt, dicere, plurimi addebantur, Simulacra Jovis, Herculis, Veneris, Mineryæ, Saturni, aliaqve, extructis ob id sanis, in altaribus collocabantur, omnia enim pro Romanorum lubitu instituta, eorum etiam moribus sese accommodabant.

Interim sub variis Tyrannis qvi Imperio præfecti fuerant, ejusdem vires labascere inceperant. *Daci* ergo tempus rati ex servitute sese vindicare, sub OSTROGOTHA, pulsis loco præsidiis in Mæsiam Thraciamqve Istrum transientes irrumpunt, Regiam dignitatem sibi vendicant, & mox FASTIDAM *Gepidarum Regem* novas sedes in *Dacia* qværentem repellunt.

Ostrogotha videlicet, transiens cum suis Danubium, vastabat Mæsyam & Thraciam, ad qvem repellendum *Decius Senator* a PHILIPPO directus, dum *OstroGothæ* nihil prævaleret, milites proprios, exemptos a militia, vita privata degere, qvasi eorũ neglectu Danubiũ transfretassent, Gothi (*hoc enim jam eorum*

Haáz Rezső Múzeum, Tudományos Könyvtár, Székelyudvarhely

eorum erat nomen, Daciaqve antiqva Gothia appellabatur teste Jornande & Gebelino in Cosmodromio,) faciebat. Milites se post tot labores militia pulsos indignati, ad *OstroGothæ* auxilium confugientes, iteratum in Mæsiam transitum promovent. Coactis itaqve CCC. Millibus suorum qvibus nobilissimos suæ Gentis *Argaitum & Gunthericum* præfecerat Ductores, OstroGotha Marcianopolim aggressus; non nisi præmio ditatus in sua se recipit. Cernens Gepidarum natio subitò ubiqve vincentem prædisqve ditatum Ostrogotham, invidia ducta arma in Parentes movebat. Belli vero ut ansam haberet, missis legatis ad *OstroGotham* inclusum se qveritans montium asperitate, eorum Rex Fastida, ut aut bellũ, aut locorum suorũ spatia præpararet, poscebat, qvæ cum denegaret *OstroGotha*, *Gepidæ* in bellum irruunt & in ipsa Regni viscera penetrant. Movet igitur contra eos & *OstroGotha*, eosqve conveniens ad oppidum *Galtis, qvod Alutæ affluit (hodie*

Digitized by Arpad Szelecsényi-Tudomány és Szerelem

etiam Galt dicitur & in sede Rupensi situm est,) licet magna virtute resisterent *Gepidæ* vincit, profligat, & sua strage humiliatos in Patriam recedere cogit. His confectis Rex feliciter cum suis usqve dum Gothis præesset, pace exoptatissima fruebatur. Post *OstroGothæ* discessum CNIVA, etiam gnarus negligentia Principum Mæsiam destitutam esse præsidio, eo magna cum copia suorum contendit. Sed DECIO *Imperatore* superveniente in angustias adactus est, & periisset, nisi a suis Imperator proditus fuisset, proditum vero vincit, victumqve ad sibi inferendum manum compellit. Describit cladem egregie *Pomponius Lætus*, Patribus, inqviens Rempublicam commendavit, & una cum filio ad liberandas *Thracias* profectus est. Nam *Scythæ* & navalibus & terrestribus copiis omnia infestabant. Victor In primis congressibus, hostes in angustias locorum, qvæ in Dardaniis sunt compulit & obsedit, expugnavissetqve fame nisi proditus a suis

ſuis fuiſſet. Hoſtium Dux petiit per legatos, ut relicta omni præda, ſineret cum ſuis abire trans Iſtrum. Romanus Imperator negavit, avidus illos perdendi, qvi toties fractis fœderibus irruperant, & qvi provincias Romani imperii qvieſcere non ſinerent, & ſua ſtrage vix *domiti amiſſo Rege* DECEBALO Nervæ Trajano illuſerint. Jamqve fere voti compos *Trebonianum Gallum*, Ducem limitis Myſiæ, ad obſidendos exitus ne fugerent cum bona parte copiarum miſit. *Gallus* conſilium Barbaris patefecit, & eos monuit ut ſe dividerent, & alii conſiſterent in inſidiis prope paludem, alii in primo congreſſu fugam ſimularent paludem verſus. *Barbari* non nihil addentes conſilio *Galli*, rem peragunt. Cum in pugnam deſcenderent, admiratus eſt *Decius*, qvod qvi modo percuſſi metu erant, jam arma poſcerent ignarusqve proditionis, certus victoriæ, copias educit. Illi ſtatim terga dant, Imperator inſeqvitur: cum ventum eſt ad inſidias, atrociſſima fit pugna,

gna, utrinqve magnæ cædes, *Deciani* difficillime prælabantur, luto paluſtri afferente cladem, tamen non moriuntur inulti, ſed loco & fato adverſantibus, pereunt, *Decius* Pater cum *filio* ocubuere, ſenior forte eqvo ſedens, ne vivus, aut contra in manus hoſtium veniret, inſiliit in voraginem paludis &c. *Hæc Latus.* Audaces ergo hac victoria *Daci*, Regnũ ſuum denuo confirmant, & nemine reſiſtente, TREBONIANUM *jam* IMPERATOREM, denuo *Tributum* CC. *Drachmarum Aurearum* pendere compellunt, inſolentioresqve facti, contemptu Imperii velut tributarii, incurſiones ubiqve faciunt, prædas abigunt, *Dardaniam*, *Thraciam*, *Theſſaliam*, *Macedoniam* & *Hellada* infeſtant, *Aſiam minorem* peragrant, *Epheſum* capiunt, incenſoqve famoſiſſimo illo *Dianæ fano*, devaſtant, rurſus provecti in *Bythiniam*, *Chalcedoñem* ſubvertunt, *Trojam* occupant, & reparatum denuo, delent *Ilium*, jamqve nec pretio nec præda contenti, ipſæ *Italiæ* minabantur,

Készült a Debreceni Egyetem Tudományos Könyvtárában

bantur, nam imperium dissensionibus & ignavia fere deletum, eis obsistere non poterat, usqve dum FLAVIUS CLAUDIUS, virtute sua eos vincens, interfectis CCC & XX. Millibus, *Daciam* recuperaret, turmas fuga elapsas, in eremis ac sollitudinibus *Hæmimontanis* fame ad internecionem usqve conficeret, & duo millia navium alto mare deprimeret. Hac enim clade & potestas & animus *Italiam* debellandi Barbaris demebatur. Reviviscebant tamen mox, tanta denuo cum potentia, ut licet Ducem eorum velitatione fregisset, DACIS DACIAM suam permittere tamen AURELIANUS cogeretur, postqvam edicto avocaverat cives Romanos, ut relicta Dacia habitationem suam caperent in *Mysia, qvam suam, vel Romanorum Daciam apellabat.* Remanserant haud pauci ex eo deductis coloniis inferioris sortis homines, qvos Vallos nominabant, & successu temporis Valachi ab exteris dicti, nobis hodie de Bloch audiunt. Vide omnino Toppel-

peltinum in *Orig. Transylv. Cap. VII. Zamosium. Anal. Dacic. Antiqvit. Cap. 3. f. 11. Edit Ff. 1598. in fol. Lazium Comment. Reip. Rom. f. 926.*

Nec ullus Romanorum Imperatorum, consilium de deducendis in Daciam coloniis amplius accepit Multo magis *pacem* colendo, incolas in amicitiam recipiebant, & imprimis AURELIUS PROBUS, *fœdus perpetuæ amicitiæ cum iis pangebat*, qvod AURELIANUS CARUS cum CARINO, & NUMERIANO *filiis, ratum* habebat, DIOCLETIANUS vero & MAXIMIANUS confirmabant, magno suo emolumento, qvod eorũ auxiliis Imperium, a NARSIS, *Persarum Regis*, irruptionibus liberarent, imo contra omnes Imperii hostes emittere *Dacos* possent. Horum successor CONSTANTINUS CHLORUS, per neglectum militiæ Dacicæ, ansam aliqvam irruptionis in Mysiam dabat, CONSTANTINUS autẽ M. animadvertens, gentis mores, renovato fœdere, amicitiam eorum co-

Ház Rezső Múzeum Tudomány és Könyvtár Szombathely

lebat, eos miro favore fovebat, Daciæq; habitationem confirmabat.

Promittebant tunc LX. Mille viros armatos Imperatori, adversus Persas, bellum apparanti. Proinde ut promissis stare possent, Nobiles, *servos* suos exercebant, & arma tradebant: *at Servi conversis in Dominos* suos armis, ut *Zosimus habet, e Regione pellebant, & ad summam inopiam deprimebant, mærore perituros & fame, nisi subsidia & auxilium ab Imperatore impetrassent. His autem impetratis, servos suos vincebant, & ad pristinam conditionem deprimebant*, Imperatori vero ne ingrati viderentur, XL. mille viros, in solatium sub Ducibus *Ariarico* & *Atharico* mittebant, qvi se ubiqve tam viriliter & strenue gesserunt, ut & apud suos & apud alienos, florentissimi Regni Reges, non Duces dicerentur. Et dum hi varias *Constantino Magno* victorias adipiscuntur, reliqvi Patriã ab omnibus irruptionibus liberantes, pace exoptatissima fruebantur. Et cum, mox *Constantinus Imperator*

tor, licet obscuro matrimonio natus, exoptatissimus tamen, *primusq; Imperatorum, Christianus*, vita longæva dignus, obiisset, cum filiis ejus idem fœdus renovantes in pace diuturna temporum tranqvillitate qvieverunt, usqve dum HUNNI sub VALENTIS Imperio ex Asia, perruptis undiqve locorum claustris, Anno C. 373. iis bellum inferrent, in qvo inferiores, *Hunnis* victoribus subditi facti sunt, sub qvibus pressa eorum alacritas aliqvanto conticuit, victoribusqve obseqvium rebus sic postulantibus præstiterunt.

Magna tamen eorum pars Imperium Hungarorum respuentes, cedendum & emigrandum statuebant, & *trans Istrum in Thraciam duce Alavivo*, ut est apud *Marcellinum*, cum liberis & Uxoribus contendentes, a *Valente Imperatore* perpetuũ polliciti obseqvium, in *Mæsia* & *Thracia* ut essent veluti propugnaculum Romani Imperii, ejusq; fines ab *Hunnorum* incursionibus tuerentur, accipiebant, ibiq; sedes fortunarũ suarum

Haáz Rezső Würzburgi Tudományos Könyvtár
Szekely gyűjtemény

rum locabant. Ut ergo inter Christianos viventes, in *Doctrina fidei* & ipsi informentur cupiunt, & ut eis Episcopos mitteret, a qvibus fidei rudimenta susciperent, ab Imperatore petunt. Sed Sathan sub *Constantino* adhuc, parta Ecclesiæ pace, plurimis eam certaminibus concusserat, mox enim litigatum inter Episcopos *de die Paschatis observando*, qvæ controversia jam inde *a Victoris seculo*, qvi circa finem primi vixit, in Ecclesia Christiana magna animorum concertatione, non sine ingenti scandalo agitari cœperat; mox de *Lapsis recipiendis*, mox de *ornamentis Ecclesiæ*. Pestilentissimum vero, ut reliqva taceam, erat *Arianum*, qvæ hæresis plurimos dementabat, *Valentem* etiam, Conjugis irretitum captionibus dementaverat, eam enim jam ab *Eudoxio Constantinopolitano Episcopo*, hæresi huic addicto baptizatus, ejurata *Christiana fide*, amplexus fuerat: Dabat ergo *Valens* Episcopos, hæresi Arianæ addictos, qvorũ primas erat *Ulphila* natione

tione *Geta*, adeoqve lingvæ eorum Germanicæ seu Gothicæ gnarus, a qvibus babtizati, Christiani qvidem dicti, sed Arriani facti sunt. Hic *Ulphilas*, (vel ut alii, *Ulfilas Loccen. Antiqvit. Sveo-Goth. Stiernhelm Dissert. de Lingvarum Orig.* Urphilas, *Philostorg. Hist. Eccl. Lib. II. §. 5. Vulfhilas Hug. Grot. Histor. Goth. Vand. Longob. p. 52. Gilphilas, Isidorus Episcopus Hispalensis. Lib. IX. Orig. citante Episcopo Vexoniensi in Svecia, Johanne Baazio Hist. Eccl. Sveo-Goth. Lib. I. Cap. I.* Gulfilas, *Isidorus Hispalen. ann. CCCCXV. Chron. Goth. & Hermann. Conring. de Orig. Jur. Germ. Cap. V.*) ob id Scripturæ translationem Gothico, sive Theodisco sermone, ut appellat Valafridus Strabo, eruditus seculi noni Scriptor, inventis ad tantum negotium peculiaribus literis, (sic enim *Socrates Hist. Eccl. Lib. IV. c. 33.* juxta interpretationem Henrici Valesii, *Eodem etiam tempore Ulphila Gothorum Episcopus Gothicas literas excogitavit, & sacris Scripturis in Gothorum sermonem conversis, effecit, ut Barbari divina eloqvia adi-*

Haza Pozsó Múzeum Tudományos Könyvtára
Szekelyudvarhely

ſcerent, de hac re diſſerit. Conf. omnino *Zozomenum*, judicio *Natalis Alexandri*, licet perpetuum exſcriptorem *Socratis, Hiſt. Eccl. Sec. IV. P. II. Iſidorum Hiſpal. l. c. Philoſtorg. H. E. Lib. II. Cap. 5.* &c.) præter Libros Regum, qvos teſte Philoſtorg. l. c. vertere noluit, (*Qvod Gothos Studio præliandi flagrantes, freno potius ad cohibendum hic opus habere crederet, qvam ſtimulo ad incitandum.* Mentem ejus Verſio ſic refert: *Ut in cæteris curam illorum habuit Urphilas, ita propriarum qvoqve literarum inventor extitit, & in lingvam eorum Scripturas vertit, exceptis libris Regum, eo qvod hi bellorum hiſtoriam contineant, gens vero illa belli amans eſſet, frenoq; magis, eorum ad pugnas impetus indigeret, qvam incentivo. Adde Martyrii Nicetæ Scriptorem, apud Sim. Metaph. d. XV. Sept. Sixtum Senenſem Biblioth. S. Lib. IV. qvi e Græco Ulphilanam translationem promanaſſe memorat, idq; de Novo Teſtamento verum eſſe, vel illinc patet, qvod Oratio Dominica Gothica Matth. VI. 13. doxologia illa concluditur, qvam non agnoſcit vulgata Lati-*

Latina) adornavit. Hodie eandem exiſtere ex relatione *Joſaphati Barbari*, Civis Veneti, teſtis eſt *Scaliger Canon. Iſagog. Libr.* III. *p. 347. Vid. omnino Kortholt in Tractatu de variis Scripturæ Sacræ Editionibus, prodiit Kilonl Anno 1686.*

Sic ejus verba pro firmiſſimis habebant legibus, inqvit *Theodoretus Hiſt. Eccl. Libr.* IV. §. 37. & cunctis in rebus ei facile obtemperabant, pro certo habentes, nihil eorum qvæ ab ipſo dicerentur aut fierent, improbum eſſe, ſubnectit *Sozomenus Hiſt. Eccl. Lib.* VI. *c.* 37. nec errores deterrimos evadere poterant.

Interim Miniſtri Imperatoris avari nimium, anonam non ſatis integræ fidei procurant, ac de peregrinis in ſervitutē redigendis, noxios rumores ferunt, bello igitur magis qvam fame & ſervitute mori volentes, vicos viciſſim agrosqve omnes in Thracia occupant, *Maximum* Præfectū, cum ſuis internecione delent, ipſumqve Valentem, cum confiſus Veteranis Legionibus,

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár
Szekszárd

nec copias Italicas expectans, in eos impetum committeret, igne perimunt, Gothorum enim tanta vis convertebatur in eqvites, ut illis profligatis, ultro multis trucidatis, pedites aufugerent. Saucius ipse Imperator, ut profluvium sangvinis, remedio adhibito, detergeret, in vilissimam casulam delatus, supervenientibus barbaris, ignemqve injicientibus flammis absumptus est, & victores, qvi deinde ad mænia Constantinopolitana exultabant, vix per uxorem Valentis, raræ pudicitiæ fœminam ingentis pecuniæ largitione remoti sunt. Hac vero accepta in Mæsia & Dacia a suis gaudio excepti, cum Hunnis sese adversq omnem vim munientes, post conjuncti, has terras incolebant. Testis hujus rei est Aurelius Victor, Hist. Aug. Scrip. Min. Grut. p. 769. sq. n. 47. & Paulus Diaconus Hist. Miscellæ Lib. XII. n. 18. sq. qvorum hic, porro GRATIANUS, inqvit, cum advertisset Thraciam *Daciamq*, tanqvam *Genitales terras possidentibus*

Gothis, Taifalisq, atqve omni pernicie atrocioribus *Hunnis* & *Alanis*, extremum omni Romano imperio periculum instare, relicta Italia, in Panoniam venit. Ea tempestate *Theodosius*, tam propter Parentum nobilitatem, qvam pro fortitudine propria, nominatissimq habebatur, & ob hanc causam, invidia similium judicum fatigatus, in *Hispania* morabatur, ubi & ortus fuerat & nutritus. Cumqve Imperator qvid faceret hæsitaret, qvippe cũ Barbari elati victoria, inexpugnabiles esse viderentur, eadem provisione, qva qvondam elegerat *Nerva*, *Hispanum virum*, *Trajanum*, per qvem Respublica reparata est, adscivit & ipse nihilominus æqve *Theodosium*, & ejus Ducatu credens Barbaros superari posse, repente siqvidem eum Magistrum militum esse, denuntians, cum exercitu ad Barbaros destinavit Itaqve *Theodosius*, afflictam Rempublicam ira Dei, credidit misericordia Dei reparandam. Omnem fiduciam sui ad opem *Christi* conferens, maximas illas

Haász Károly Múzeum - Tudományos Könyvtára
Szekszárd, Várhely

Scythicas gentes, formidatasqve cunctis majoribus, *Alexandro* qvoqve illi M. sicut *Pompejo*, *Cornelius q.* testati sunt, evitatas ex tunc, extincto Romano exercitu, Romanis armis, eqvis instructissimas, h. e. Alanos, Hunnos, Gothos incunctanter aggressus est. Barbari vero impetũ non ferentes, suas acies reliqverunt: & illi qvidem fugiebant, hi vero fortiter seqvebantur, immensaq; cædes tum facta est Barbarorum. Pauci vero qvi evaserant, latenter Istrum iu sua transierunt.--Igitur Theodosius urbem Constantinopolim triumphans intravit, & ne parvam illam Romani Exercitus manum, assiduè bellando deterreret, fœdus cum Athalarico Rege Gothorum percussit.--Acceptis obsidibus. Hæc ille.

Hoc vero effectum, ut hi qvi adhuc Deorum seqvebantur cultum, fermento Arrianorum inficerentur, & Transylvania Arriana fieret. Dacorum hujus Christianismi mentionem injicit B. Tertullianus in Tr. contra Judæos Ope-

Operum, ex Edit. Paris. qvæ Anno 1580. opera de la Barre prodiit p. 106. Et adeo Dacia Christianorum nomen, licet non Religionem suscepit, circa finem seculi IV. & initium V.

Posthæc *Unni* de sua dilatanda consultantes potentia, inter Romanorum dissidias arma sua longe lateqve per totã fere *Europam* circumferunt & duce ATTILA, ferro flammis & rapinis devastant, paucis in locis non victores. His peractis in *Panoniam* redeunt, *sicambriamqve* Imperii sui initium constituunt, unde denuo progressi, omnis crudelitatis signa per Europam, ad obitum usqve Attilæ edidere.

Sed post obitum *Attilæ qvem in Annum Christi 450. rejicit Petavius, Kippingius vero Anno 445. accidisse statuit*, ut solent animi juvenum ambitu potentiæ concitari, inter successores Attilæ de Regno orta contentio est, & dum inconsultè imperare cupiunt cuncti, omnes simul imperium perdidere. Nam *filii Attilæ* qvorũ per licentiam libidinis,

Erdélyi Múzeum-Egyesület Tudományos Könyvtár
Szekely Udvarhely

nis, pæne populus fuit, gentes sibi dividi æqva sorte poscebant, ut ad instar familiæ, bellicosi Reges cum populis mitterentur in sortem. Qvod ut comperit Gotthica virtus, ex Hunnica servitute, *Duce Ardiarico Gepidarum Rege* emersit denuo, & *altero* Fratrum, veterem Patriam cum numeroso populo repetente, *altero* qvi in Panonia remanserat per seditionem a Germanis cæso, qvandam *Hunnorum* partem in extremum Transylvaniæ Angulum confugientem, qvem etiam num tenent, ut apud se viverent, receperunt, & *vetere Dacorum Instituto* certũ regionis districtum sedem appellantium, a sedibus Regionis, i. e. Districtu, se appellari voluerunt & *Szekhelyi* sunt nominati.

Scythica his erat *Religio*, *Martis & Herculis* cultus iisdem præcipuus habebatur, qvibus ad fontes præcipuè sacrificia immolabant. Hoc cum aliis diductum sit hic attigisse sufficiat.

Dein-

Deinceps *Daci* & *Szek-helyi* concorditer vivendo, sub *Gepidarum* Regis Imperio pacem coluêre, & nihil aliud a Romano Imperio, nisi pacem & annua solemnia, ut strenui viri postulavere, qvod & libens tunc anuit Imperator. GEPIDIA abinde DACIA dici cœpit *teste Jornande l. c. supra Lib. I. p. 22.* (*Hanc Gothiam qvam Daciam appellavere, qvæ nunc Gepidia dicitur*) quod nomen retinuit usqve dum *Gepidæ* amisso Rege, Regnum etiam amitterent. Eo vero amisso cũ *Avaribus* cessisset *Dacia*, Erdely dicta est Transylvania, & incolæ antiqvi, Szaszi, qvi diro imperio subjecti, diu fatalem casum ferre coacti fuerunt. Pulcherrimæ Civitates qvas inhabitabant, dirutis propugnaculis, ut vis & spes emergendi evanesceret, tum vim patiebantur, proculsa & prostrata fœdissima ruina in iisdem jacebant omnia, itaqve debilitata, ut propemodum extincta viderentur, nam ruere illæ non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidat.

Belli

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

Belli artes interea instaurarant in Patria, qvi eo recesserant *Hunni*, postqvam CCCI. anni a morte *Attilæ* effluxerant, cum CC. Millibus ergo & qvod excurrebat, Anno C. 744. ex reconditis & asperis Scythiæ sedibus, literis *Avarum* & memoria superiorum victoriarum perciti, erumpentes, Iterqve sub VII. ducibus suscipientes, per *Succos saltus Dociam* ingrediuntur, consangvineis suis accepti, ubi *Dacorum sese immiscentes sedibus*, nova oppida condebant, in iis relictis qvi seqvi castra non poterant. CHABA vero, SVATHA Sarmatarum Rege, qvi in Panoniis latè regnabat, perempto, adjunctisqve sibi *Avaribus* consangvineis suis, novum Regnũ constituit, ex qvo Imperii provincias pro insigni audacia invadebat. Enimvero *Irene Constantini Matre, Byzantii* rerum potiente, cum Imperii Romani Majestas, omnia sibi Barbaris vendicantibus obsolesceret, *Leo Pontifex*, scitu Romani populi, clericqve rogatu, CAROLUM *Francorum Regem* ob

ob egregia in Christiastianum nomen, & Romanam sedem merita, Romanorum Imperatorem primus appellat, inunctumqve cum Pipino Filio, Augustum consecrat, Anno, ex qvo in Italia imperari desitum, post *Augustuli* Interitum, trecentesimo ac vigesimo, salutis nostræ octingentesimo, regni vero ejs, ex qvo Francis præfuerat Vigesimo tertio. *Egnat in Vita Car.* Hic felicibus pugnis *Hunnos* devicit, *Budaq;* expugnata, opimam prædam abstulit, amplissimisqve Spoliis onustus inde rediit, tandẽ vero febri correptus, Aqvisgrani mense Januario febri valida correptus decubuit, accedenteq; lateris dolore, septimo postqvam decubuit die, decessit. Et *Posteri* ejus, propioribus curis implicati, ferocissimam Gentem libertati restituerunt. Tum vero *Germaniam* & *Italiam* percursando, ingentes ubiqve, prædas extorserunt, Panoniamqve rot ante bellis exhaustam, Germanorum, Gallorum & Italorum auro atqve argento replevere. Rerum successu

Szabó Réka Múzeum Tudományos Könyvtár
Szekelyudvarhely

cessu elati, in *orientem* qvoqve irrumpentes, *Imperatorem Byzantinum* ad tributa pendenda adegerunt, *Bulgaros* vero victos ad stipendia damnaverunt. Tandem per *Forozjulianum* agrum expeditione *in Italiam* facta, *Berengarium* initio jam victum, jam victorem habuere, postea vi penetrantes, cuncta longe lateqve vastaverunt, ipsas *Venetias* solicitas habuerunt, pacemqve *Berengario*, ægre accepto tributo concesserunt. Deinde qvotannis Italiam in prædam repetierunt, & nec cæsi ab HENRICO AUCUPE, nec minus altero prælio superati ab OTTONE M. pacem firmam iniverunt, usqve dum sub *Stephano* sacro Baptismatis fonte initiarentur & in Doctrinæ Christianæ fundamentis informarentur.

Interea *Transylvani s. Daci Teutones*, & servitutis jugo, & Erroribus suis Arrianis obruti, in tenebris latebant.

LIB.

LIBER III.

POstqvam vero GEYSA, primus *Regum Hungariæ* Christi fidem professus, *ab Adalberto Episcopo Pragensi* lavacrum Baptismatis suscepisset, & *Theodatus Apuliæ Princeps*, qvem Rex *Geysa* profugum in aula sua alebat, qvippe *Stephanum* infantem ex sacro Baptismatis fonte susceperat, *cænobium* cum adjuncto pago extruxisset, qvod nomen fundatoris sui obtinuit primitus & Thata audivit, nostro autem seculo appellatione *Doris* innotuit, Rex pius zelo admirabili laborabat, ut Christianæ fidei fundamenta & suis innotescerent, sed vitam felicissimam ardentemqve pietatis zelum, mors præclara terminabat, in successorem rei tantæ mole rejecta. qvi incredibili successu, Deo annuente, omnem ferè Hungariam brevi tempore ad Christum perduxit.

Propterea eqvidem ab *Anno salutis secundo supra milesimum*, (*sunt verba Bonfin.*

Hosszú évszázadunk Tudományos Könyvtára
http://vmt.hu/hu/index.html

fin. Dec. II. Libr. I.) inter STEPHANUM & *Gyulam* avunculum inteſtina bella exoriuntur. Is enim nepotem Chriſtiana fide initiatum, & a Scythica Religione deſciſcentem, iniqviſſimo animo ferebat, qvare non ſolum verbis ſæpe Regem acerrime corripuerat, verum etiam armis laceſſere nitebatur, ut ad Patrias hunc cæremonias revocaret. Ubi verbis nihil ſe perficere poſſe intellexit, a *Tranſylvaniæ* Montibus cui præerat, Ungariam qvotidianis incurſionibus & rapinis infeſtat. Contra Rex pientiſſimus, ne cum ſuo ſangvine manum conſerere cogeretur, per legatos & feciales admonuit, obſecravitqve ſæpiſſime, ne in Scythica feritate perſiſteret, ſed DEum & Servatorem ſuum agnoſceret. Omnis tamen opera eludebatur. Proinde hunc Ungaris qvotidie inſultantem, & varia detrimenta inferentem, armis coercere cogitur. Comparato ne mediocri qvidem Exercitu in Tranſylvaniam contenditur, paucis Menſibus uni-

Erdélyi Múzeum Tudományos Könyvtár
Székelyudvarhely

uniuerſa capitur. Gyula cum Uxore duobusqve liberis, poſtremo captus, in Panoniamqve ductus Pretioſiſſima Regio & auri, vini, frumenti, pecorum, omniumq; rerũ feraciſſima, ex eo tempore Ungariæ Regno eſt adjecta. Populi omnes qvi eum Daciæ tractum incolebant, partim vi, partim ſponte in Chriſtianam fidem aſſerti ſunt. Hæc ille.

Sic ergo qvi adhuc ingenitas Deorũ opiniones ſectabantur, ſacro baptiſmatis fonte initiabantur, & qvi errores Arrianorum ſeqvebantur, ſuſcepto denuo baptiſmo, in viam reducebantur, omnes ſimul ad Religionem Catholicam ſic dictam vocati, in doctrinæ fundamentis informabantur, circa ilud tempus, qvo tot Gentibus: *Polonis, Danis, Anglis Norwegis & aliis ſeptentrionis incolis, imo toti fere ſeptentrioni, deteſtari* falſa numina, & falſum Deorum cultum abolere divinitus conceſſum erat, Anno Chriſti M. ſqq.

Neſcio vero qvid prodigii hic obſervem. Ubi hæreſin *Arianorum* ſuſcipie-

piebant nostri, universus orbis terræ motu ita concussus est, ut maria superatis litoribus, multas Siciliæ, aliarumqve insularum urbes, populosqve innumerabiles obruerint. Ubi in religione Catholica initiantur, nova seculi initia, adeo infausta ac infesta sese oggerunt, ut extremum illum, horrendamqve diem ultionis, judiciiqve, Christi Domini præconio obsignatam, portendi ac imminere vulgo crederetur, ab illius temporis superstitibus Kalendis Januarii, qvæ prima seculi vertentis fuit dies, ingens cometes, ingenti corruscans flamma visus, & mox discusso, apertoqve Cœlo ardens, veluti facula fulguris instar, hominum pecudumqve cæde terris illabitur: Adhæc terrarum horrendi motus; & in cœli terræqve intemperie, toto ferè orbe pestilentiæ & fames.

Qvicvid vero sit, *Daci Teutones sive Szaszi*, cum *Seckhelyis & Valachis*, adeoqve omnes Transylvaniæ incolæ, opera STEPHANI REGIS, qvidam detesta-

testabili hæresi, alii idololatria semota, Ecclesiæ Catholicæ sic adjuncti sunt. Sub primordio Reformationis cum fana Idolorum, paucissimaqve Arrianorum templa, cultui sacro non sufficerent, nec Regis esset omnibus in locis Ecclesias erigere, ipse primo, ex spoliis Gazisqve Avunculi, præstantissimam ædificare curat Basilicam, qvæ Episcopali dignitate præ cæteris fulgeret; incolis vero, ut *Decem villæ*, coactis fabris, Ecclesiam locarent, qvas *duabus mensis totidemq; manciptis equo & jumento, sex bobus, & duabus vaccis, triginta qvatuor minutis bestiis*, dotarent, mandat, qvibus extructis, Rex vestimenta corporalia, & coopertoria procurare velit, qvemadmodum *Episcopus*, fidelibus easdem presbyteris concredere debeat. Post Albensem prima erat qvæ ad perfectionem veniebat, Milkoviensis, cui etiam Episcopatus officium concredebatur, reliqvæ his duabus subjiciebantur, Unde etiam factum ut tota Transylvania antiqvitus duos Episco-

Házy Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

ſcopos haberet, Albenſem & Milkovienſem, qvorum ille Archi Episcopum Colocenſem, hic Strigonienſem agnoſcebat Metropolitam, teſte Davide Herrmanno Medienſe Tranſylv. Annal. Rerum Tranſylv. MS. cito ab initio, qvos plurimi Amicorum poſſident.

Cum vero deeſſent qvi Eccleſiis præeſſent, patefacto omnium Monachalium ordinum cultoribus, aditu, plurimi Zelum pietatis præ ſe ferentes, adeoqve ſub ſpecie utilitatis commodiqve publici, ad prædicandum Dei verbum ultro confluebant, imprimis ex Germania, ubi innotuerat *Gothorum* hic ſubſiſtere reliqvias, qvi Germanica Gothorum lingva uterentur, qvo etiam evenit, ut cum ſcribendo Dacorum dialectum Germani exprimere non poſſent, mutuata ſcriptione Germanica, *huic illos adſvelcerent*, & concinnius loqvi docerent, teſte eodem Herrmanno l. c. & ante eum Michaele Larano Presbyt. Muſchnens. in MS. antiqviſſimo, etiam haud paucis viſo.

Sed

Et ſic creſcentibus operariis, ut alimenta etiam ſufficerent, decretum edicto publico: *ſicui Decem dederit DEus in anno, decimam Deo det: & ſi qvis decimam abſcondit, novem ſolvat: Et ſi qvis decimationē Epiſcopo ſeparatam furatō fuerit, dijudicetur ut fur, ac hujusmodi compoſitio tota pertineat ad Epiſcopum. Lib. II. cap. 52. Decret. S. Steph.*

Diſceſſerat interea Rex, Regni cura Duci, ut Eccleſiarum, eruditis commiſsâ, qvales ſc. ſeculum illud ferebat, nec Religioni nec Regno defuturus, nihilqve non egiſſe videbatur, ubi Hungariam, & Tranſylvaniam, in eaqve Arrianos ab hæreſi ad Eccleſiam, Gentiles vero ad Chriſtianismum revocando, reliqvis Chriſtianorum cætibus adjunxerat. Aſt qvemadmodum Eccleſia Chriſti, variis obſcurata Erroribus, novis qvotidie tenebris obfuſcabatur, ita & in Hungaria, & in Tranſylvania, ubi omnia ex Papæ arbitrio agebantur, & Pontificum ſanctiones

D tan-

Made in the Szekely Digital Library project. http://www.szekelydigitalis.com

qvam Apostolicæ & divina voce firmatæ recipiebantur, Ecclesiæ, non primæ illius, ab Apostolis, eorumqve successoribus plantatæ, sed Ecclesiæ Romanæ, qvæ haud parum ab ea defecerat lineamenta conspiciebantur, qvod non unum, sed plura numina in eadem colerentur. Certè *Beatissimæ perpetuæq; Virginis Mariæ, Genetricis Dei*, tam eximia erat veneratio, ut non ausi præ reverentia Mariæ nomen pronunciare, ejus loco Dominæ vocabulum passim usurparent. Qvod si contigisset Mariæ nomen pronunciari, actutum flexis genibus, demissisqve capitibus illud venerabundi excipiebant. *Phelhartus Themesvariensis Ungarus, in Scriptis suis passim, item Manuale Sodal. Rosar. collectum a Sodalitio Leodiensi Cap. II Part. I. Edit. Massipontanæ Anno 1608.* Huic enim sese per votum & oblationem Stephanus Rex cum Regno suo contulerat, nec pro ejus salute aliud, qvam hoc numen precibus invocabat, & cum Ceas Bulgarorum & Sclavonum consortio

Hoáz Pezsé Múzeum - Tudományos Könyvtár
Székkilyédvarhely

sortio stipatus, post varias velitationes cæsus, omnem auri atqve argenti, variis bellis acqvisitam amisisset copiam, qvæ Regi in prædam cadebat, non hic laboranti DEus adstitisse, sed diva Genitricis Patrocinium ei adfuisse dicebatur, cui etiam humi prostratus tanqvã numini clementissimo, pro hac collata victoria gratias egit Rex, ut & per omnes aras, imprimis Transylvaniæ, ubi prælium commissum fuerat, & ex qva hostes pulsi, huic Panonicæ Deæ sacra herent, palam edixit. Laranus l. c. & Bonf. Dec. I. Lib. X. p. m. 124. 126. Venerationem hanc igitur, ut omnib9 conspicuam redderent, qvovis tempore & aurum & argentum Hungaricum in Ducatis & nummis, sc. Grossis & denariis effigie Mariæ, cum hac inscriptione, PATRONA HUNGARIÆ signant. Auctor Resp. Hung. l. c.

Reliqvorum sanctorum invocatio, in orationibus Panegyricis, per flosculos Rhetoricos, tropos & figuras a *Basilio Nysseno, & Nazianzeno*, sub *Gratiano*

 Theo-

Theodosio & Valentiniano Imperatoribus, invehi cœpta, plenis buccis Auditoribus commendabatur. Eqvidem cum LEO III. *Imperator* vidisset, exinde religiosam statuarum venerationem ortam, Synodum convocabat, in qva sententiarum mutua collatione instituta, decretum; *Sanctorum intercessionem fabulam, imaginum & Reliqviarum cultum & adorationem meram Idololatriam esse, verbo Dei contrariam.* Sed ob hanc causam, a GREGORIO II. *Pontifice Romano*, anathemati subjectus est, ac Roma & qvicqvid Italiæ reliqvum erat a Byzantinorum Principum Imperio abstracta, tributaqve iis ultra reddi prohibuit, *Petav. Ration. Temp. Libr. VIII. Part. I. Cap. V.* succedente itaqve GREGORII III. e Conciliabulo Romano, in qvo majorem qvam ante unqvam Sanctis, eorumqi imaginibus addixerat honorem, Edicto A. C. 736. HADRIANI *Bulla eodem seculo*, LEONIS III. ἀποδείξεως, IX. abinde sic creditum sic pronunciatum fue-

rat, & nunc non poterat non credi, atqve pronunciari JOHANNIS XVIII. sub Pontificatu, ubi culina Purgatorii insignius qvam unqvam fervebat, animarum apparitiones prædia plurima comparabant, & exorcisimi, missæ pro defunctis, reliqviæ item & alia, Monachorum divitias mirum in modum augebant, & augere poterant.

Adhæc *Jejunia qvatuor temporum*, qvæ Calixtus, (cum ante eum trium tantum essent.) A. C. 222. sqq. introduxerat (Plat. in Urb. p. 74. Polyd. Lib. VI. Cap. 3. p. 486.) summa observatione celebrabantur, ita qvidem ut si qvis eadē carnem manducando violasset, lucæ inclusus, ad totius septimanæ jejunium compelleretur. Idem accidebat his qvi sextam feriam, eo scelere prophanasset. *Decret. S. Steph. L. II. Cap. 9. 10.*

Cæterum opera Christianæ vitæ omnibus commendabantur, Ecclesiæ freqventabantur, nihilqve deerat, qvam sinceri elogiorum Dei præcones.

Kaáz Kázmér Múzeum Tudományos Könyvtár
Szekely Judit

Sic dispositis omnibus tandem moritur *Stephanus* annos natus sexaginta tres, A.C. 1038. cujus inter successorem & Regnum, cum ortæ essent lites, adversam & asperam non modo Regnum sed & Ecclesia experta est fortunam. Plurimi qvi vi ad baptismum ducti, sanctissimo hoc lavacro initiati fuerant, & coacti hactenus Ecclesias freqventarant, sub his dissidiis ad fontes, puteos arbores & lapides oblationes offerebant, nec poterant a tam nefando sacrificio arceri. PETRUS hic erat, *Germanus, Stephani* ex *Sorore Gisela qvidem nepos*, sed *filius Gulielmi Burgundiorum Ducis*. Pellebatur ergo ex Regno, qvod denuo HENRICI III. *Imperatoris* ope obtinuit, in qvo cum libere regnaret, & Provinciis, Civitatibus, Castellis & oppidis Germanos Italosqve præficeret, denuo odium Hungarorum incurrit; cum vero eo procederet, ut nulla Regni facies appareret, nulla superesset legum & judiciorum, nulla religionis Imago, defectionem acce-

acceleravit, captusqve & excæcatus Anno 1047. fato functus est. Sub his turbis jam plurimi Szekhelyiorum, capite Scytico more raso, cacodæmonibus se devovere, adhibitisqve Magis atqve Aruspicibus, sacrificia idolis obtulerunt, sacerdotes mactarunt, & Ecclesias plurimas solo æqvarunt, omnes dirituri, nisi ANDREAS *Rex* qvi Anno 1047. diadema Regium sibi vendicabat, ubi maximam Episcoporum partem deletam esse, ut vix tres in toto Regno reperirentur, percibere cogeretur, Edicto præcavisset. Hoc a. facto, denuo Christiana fides restaurata est, templa demolita dirutaqve refecta, Pontifices & collegia sacerdotum pristino more observata, ritus omnes Christiani revocati, & prophanæ ceremoniæ falsiqve Dei abrogati, simulachra vero demolita sunt. Post ejus interitum, *de qvo vid. Rewa in Monarch. Regn. Hung. Cent I. p. 5.* qvi in A. C. 1059. incidit BELA *Rex* declaratus & coronatus A. seqventi 1060. ut erat ingenii mitis,

mitis, & placidi, qvibusdam denuo ad Paganismum deficientibus, res Ecclesiæ summa solicitudine curavit, & tertia fidei S. jecit fundamenta. Solio tamen lapsus Anno C. 1063. mox obiit, & SALOMONI, *Andreæ filio*, qvi *Patre* occiso ad HENRICUM III. Imperatorē confugerat, ab hoc, in Regnū reducto, illud concessit, sed ob varias turbas a Patruelibus *Gaiza & Vladislao* motas, parum vel Ecclesiæ vel Regno prodesse poterat, imo ab his Bohemorum adjutis armis, ita affligebatur, ut desperatâ salute, in solitudinem monachus sese abdere non dubitaret.

Post ejus Discessum GAIZA I. *Bela Filius*, solium occupabat sed nimis breve & hoc Imperium fuit, siqvidem adhuc vivente *Salomone*, in sperato rebus humanis valedixit, & LADISLAO Regnum reliqvit. Hic sicuti ab omnibus, ob insignem vitæ Sanctimoniam, tam ante susceptum regimen, qvam post inaugurationem *Sanctus* vocatus est,

est, ita ut in Sanctitate & Ecclesiæ viverent, omni studio allaboravit.

Convocatis itaqve universis Regni Pontificibus XIII. Kalend. Junii. A. 1092. Abbatibus item & Optimatibus, ut abusus conjugiorum tolleretur inter Presbyteros, in qvibus more Græcorum vivebant, & juxta Edictum Pontificium, Episcopis plane interdicerentur, varias dedit Leges, eaqve decreto indixit, qvæ ad Ecclesiarum ædificationem facere videbantur, ut prolixe videre est in *Jure Tripartito Regni Hungariæ Stephani Werbewuzi qvod Anno C. 1628. Viennæ Austriæ in fol. prodiit, Tom. II. p. 15. sqq. Libr. I. Decret S. Ladislai.* Imprimis *Cap. XXXVII. sq. p. 19.* de sanctarum vigiliarum observatione, & sanctarum festivitatum veneratione hæc, decreta dedit: In hac vero *Sancta Synodo* a Venerabili *Rege Ladislao* statutum est, & ab universis Episcopis collaudatum, & canonizatum, ut *Vigiliæ* celebrentur *Beati Stephani Regis*, & *Gerhardi Martyris* qvo die passus est, & *tres dies ad Festivitatem*

vitatem S. Martini; & quod patruus suus Andreas Rex cum omnibus, qui tunc erant Episcopis vovit & statuit, iste Rex Christianissimus destruere noluit, sed firmius corroboravit, trium dierum vigiliam ad festivitatem Sancti Petri.

Istæ vero Festivitates servandæ sunt per Annum; Nativitas Domini, S. Stephani Protomartyris, Sancti Johannis Evangelistæ, Sanctorum Innocentum, Circumcisio Domini, Epiphania cum vigilia, Purificatio Sanctæ Mariæ, in Pascha quatuor dies, Sancti Georgii Martyris, Philippi & Jacobi cum vigilia, Inventio sanctæ Crucis, Ascensio Domini, in Pentecoste quatuor dies, Sancti Johannis Baptistæ, Petri & Pauli Apostolorum una die, S. Jacobi, S. Laurentii, Assumptio S. Mariæ, S. Regis Stephani, S. Bartholomæi, Nativitas S. Mariæ, Exaltatio S. crucis, S. Matthæi Apostoli, & Evangelistæ, S. Gerhardi Episcopi, S. Michaelis Archangeli, Sanctorum, Simonis & Judæ, omnium Sanctorum, S. Emerici Ducis, S. Martini, S. Andreæ, S. Nicolai, S. Thomæ Apostoli: Et unaqueq; parochia suum Patronum

num & dedicationem Ecclesiæ celebret. Nec solum tamen Ecclesiarum sed & Regni curam suscipiebat, Gentem *Cunnorum* aut *Cumanorum Sarmaticam*, cum adjunctis *Tauro Scillis*, *Hamaxobiis*, & *Alaunis* tanqvam belli Sociis, ad internecionem fere cecidit, qvod relicto solo sterili, figere sedes in *Hungaria* tanqvam nobilioribus locis qværerent, *Petrus de Rewa p. 7. l. c. Bonf. Dec. II. Libr. IV. p. m. 159.* acceptis in ditionem *Ruttenis*, *Polonos* profligavit, qvos neqve vetus Amicitia, neqve vicinitatis jura in officio retinuerant, victosqve ad deditionem compulit, hinc in *Bohemiam*, declinato itinere, qvos sibi hisce in oris infestos habebat, exacta injuriarum ultione, compescuit, ubiqve victor. Ecclesiam ergo & Regnum, postqvam *Dalmatiam & Croatiam* cum *Octo* aliis *Regnis Ungariæ* adjecisset, Varadinensem Basilicam ædificare curasset, Episcopatumqve ibi fundasset, aliaqve qvam plurima templa, vel suscitasset vel ditasset, non ignarus, optime his

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

lapidibus, muniri regna; fundari pacem, firmari securitatem, & tot propugnacula, qvot templa, totidem pro domo DEi excubantes athletas, totidem præsidia esse, & exercitum ad *Hierosolymitanam expeditionem ipse* electus exercitus *Imperator* duceret, fatali correptus ægritudine, ex vivis decedens, successori pacatum & bene constitutum reliqvit *Revva l. c. Bonfinius. l. c. & Nadasdi Mausol. Regni Apost. Regum & Ducum. Hung.* Destitutũ Rege solium, COLOMANNUS sibi oblatum, suscipit, ex Episcopo Varadiensi Rex factus pluris Coronam, qvam Mitram, Sceptrum qvam Pædum æstimans, qvi præter sangvinem & coronam nihil Regium hæreditaverat. In hoc Rege proceres Tyrannum, feram pessimam in Pastore invenerant, & unctas ad divina, lubricas ad omnia nefanda experti sunt manus. Nadasdi in Mausol. Reg. Apost. sub Colomanno. In Ecclesiasticis tamen, seposita vitæ monstrositate qvalem & intra & extra

tra habebat, egregia reliqvit decreta.

Dotes Ecclesiarum confirmavit, *Decret. Colom. Lib I. Cap. I. Jur. Trip. Tom. II. p. 29. De celebrandis in qvolibet Episcopatu Synodis*, legem hanc tulit: *Qvia populus noster magnis sæpe tam viæ, qvam inopiæ laboribus prægravatus, pro qvalibet necessitate curiam regalem subire non potest, bis in anno i. e. in festivitate Apostolorum Philippi Jacobi & in octavis Michaelis Synodum in unoqvoq; Episcopatu celebrare constituimus, in qva tam Comes qvam comites, & aliorum Magistratuum dignitates & Potestates, ad suum Episcopum conveniant, ad qvam qvicunq; etiam sine sigillo vocatus non venerit, reus judicio erit. Decr. eiusdem Cap. II.* Decrevit etiam *piscinas monasteriis*, vel *Ecclesiæ* donatas, necessarias qvotidiano usui fratrum relinqvere, nec ullas nisi superfluas auferre. *Cap. XVI. Vineas, mansiones & terras*, a Regibus *Ecclesiæ* datas confirmavit, *Cap. XVII. Sylvas Ecclesiis datas*, ratas etiam voluit, *cap.* 18. *de tributis autem*

2012 Szegő Muzeum Tudományos Könyvtára
Szegedyudvarhely

& vectigalibus sicut Comitibus tertiam partem dari, decreverat, ita decimam quoque Episcopis dandam censuit, & his tam Novi quam Veteris Testamenti pagina decimas dandas esse proclamare curavit. Cap. XXX. *Sepulturas Christianorum* non nisi in *Ecclesiarum atriis* fieri voluit, quod & hodie obtinet plerisque in locis, Cap. 73. *Judicium ferri & aquæ* hac lege confirmavit, ut non in qualibet Ecclesia, sicut huc usque moris fuerat, sed *in sede Episcopi* & majoribus Præposituris fieret Cap. XXII. aliaque quæ ad utilitatem Ecclesiæ facere videbantur, edicebat. Ferri vero hoc judicium quale nam fuerit, ut pateat, plenius, juxta instituti tamen rationem exequar. Apud Veteres olim & non ita pridem varia probationum genera in rebus dubiis, perplexis & obscuris, & quæ clam, remotisque arbitris admissæ erant, ad indagandam rei veritatem excogitata fuerunt, quæ nunc tanquam impia, superstitiosa atque illicita, partim abolita sunt, partim in desuetudinem abiere. Quæ pro-

probationes seu sortilegia, Dei judicium, frequenter etiam sententia a Deo judice in reum lata, appellabantur. *Teutonibus Britanniq; Ordalium & Urtellum, Normannis, Ygnise, Danis* Jerntegn, *Veteribus Svedis Gothisq;* Järnbyrdh, *Dacis* nostris *Järntekn* audiebat. *Somnerus in Glossario in voce Ferrum.* Prima ejus rei vestigia habet *Sophocles* in *Antigone* p. 330. cujus verba *Vitus Winsemius* hunc in modum vertit: *Eramus* (sc. milites, quos *Creon* Rex ad custodiendum *Polynicis* cadaver, ne terræ mandaretur, collocarat, *Antigone* autem ejus soror clam in terram infoderat, quive graviter invicem acriterque accusare incœperant, quod culpa unius non omnium foret, custodia pernoctis partes cuilibet distributa) *autem parati ignitum ferrum manu capere, & ire per ignem & jurare Deos, quod non fecissemus, nec sciremus, quenquam fecisse nostro consilio.* Deinde apud *Francos seculo* post Christum natum *octavo* consuetudinē invaluisse legimus, ut innocentiam testaturi, igni-

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Szekely Judvarhely

ignitum ferrum manibus geſtarent. *Dani Popponis* Epiſcopi *Sleſwicenſis* miraculo perculſi, abrogata monomachiæ conſvetudine, pleraqve cauſarum judicia, ferro candenti decernere inſtituerunt. *Vid. Saxo Hiſt. Danicæ Libr.* X. *p.189. & Cranzius Metrop. Lib. III. Cap.* 42. Apud *VVagrios Slavos* ita radices egerat hæc conſvetudo, ut ne jam qvidem cum a *Brunone*, abolito Dæmonum cultu, ad veri Dei cognitionem, ex ſanctiſſimo ipſius verbo erudirentur, hoc reorum examen ceſſaret, Helmoldus Libr. I. Chron. Slavorum cap. 73. p.188. Veteres *Saxones* ac *Britannos* hunc ipſum ſeſe expurgandi modum olim coluiſſe, teſtantur *hiſtoriæ Anglicanæ Scriptores, ad unum fere omnes, qvos Seldenus Anno 1652. Londini conjunctim in lucem edidit. Gallis* uſitatum fuiſſe, *Adalgeri* pronunciatum, *Si qviqvam veſtrum aliter eſſe putat, meq; indignum cui credatur, credat igni, ferventi aqvæ, candenti ferro, faciant fidem tormenta, qvibus non ſufficiunt mea verba*, qvod *Franciſcus Juretus Obſerv. in Jvonis Epiſt. 74. p.154. adnotavit*, teſtatur, ut & *Pontanus Orig. Franc. c.* 17. De *Hiſpanis* idem prodidit *Mariana Lib. 6. de Rebus Hiſpanicis* c. 18. *Livonis* eandem uſurpatam eſſe, patet *ex Lib. V. Decret. Tit.* 35. *de purgat. vulg. c.* 3. Idē *Svedis* placuit, *Joh. Loccen. ex Meſſenio Antiqv. Sveo Goth. c.* 7. *p.*62. teſte. Hodie ſupereſſe in Regno *Japonico* & *Siamitico*, ex Relationibus curioſis paſſim, *Joh. Schut. Deſcript. Regn. Siam. p.* 293. & *Joh. Georg. Schottelius de ſingularibus & antiqvis Germaniæ juribus c.* 28. *p.*555. *Varen. Deſcript. Japan. p.* 217. liqvet.

Sic etiam de judicio *aqvæ* plurima adferri poſſent, ſed ſufficiat, ſi ad Relationes Curioſas L. B. amandavero.

Hæc judicia itaqve & apud *Hungaros* tam in *Hungaria* qvam in *Tranſylvania* uſitata erant, & qvidem variis additis ceremoniis: Prius Litaniæ canendo recitabantur, ardentiſſimæ preces a circumſtantibus ad Deum mittebantur, Miſſa ſolemni pompa adminiſtrabatur, ſanctiſſimum Evchariſtiæ Sacra-

Hans Rosás Magyarok Tudományos Könyvtára
www.mkvdvarmegye.hu

cramentum porrigebatur. Deinde interveniens *Sacerdos* priusqvam periculum fieret, DEum certis conceptisq; verbis *obtestabatur* & adorabat, ut innocentes servaret, nocentes male perderet. Mox *reus*, qvi tres noctes apud Presbyterum permanserat, cujusqve cibus, panis sal & herbæ; potus vero aqva fuerat interea, sumpta sacra cœna, S. Evangelium osculari, & sancta se cruce signare jubebatur. Ferrum super carbones, usqve ad ultimam collectam jacebat, qvod consecratum & aqva benedicta aspersum reus, a comitatus Sacerdote, summe calentem ab igne nuda manu accipiebat, & uno alterove passu incedens gestabat, vel nudis pedum plantis eodem modo consecratos vomeres & carbones premebat, vel prunas flammivomas in sinum conjectas ferebat. Eodem modo etiam res sese habebat in judicio aqvæ. Hæc qvi illæsis sustinebat manibus pedibus gremioqve, judicio arbitrorum absolvebatur, si qva vero reo exinde

exinde contingebat læsio, civilis protinus ei infligebatur pœna.

His & aliis ita constitutis, postqvam varias crudelitatis scenas *in Regno* confecisset *Colomannus*, tandem postqvam STEPHANUM II. *Regem* designaverat, morte fœda interiit. Huic BELA, & BELÆ GEYSA II. nulla interrupta serie succedebant, sub cujus Imperio *Veteres Daci* variis *donati privilegiis* æstimari denuo cœperunt. Scilicet, hic, adolescens adhuc acceperat imperium, Anno C. 1641. citoqve sub imperii primordia, cum nondum annus effluxerat in optatissima pace, bellum ei indicebat HENRICUS *Dux Austriæ*, SAXONUM & *Vindelicorum* viribus, præterea *Noricorum*, qvi ejus ditionis erant, & *Imperatoris Romani* CONRADI III. copiis adjutus. Habito itaqve qvam primum Senatu, periculi magnitudinem, ad Patres refert, & qvid consilii capiendum interrogat Rex. Qvi cum omnes de bello facile consensissent, nec tamen tantas copias, ex Hungaro-

Az Erdélyi Múzeum Tudományos Könyvtára
www.emtudomanyoskonyvtar.hu

garorum delectu, habere poterant, qvæ Germanorum potentiæ sufficerent, SZASZONIBUS TRANSYLVANIS, *antiqvis illis colonis, ut qvintus qvilibet ex eorum numero, armis bene instructus ad exercitum Regis venire, & eidem se adjungere citissime velit*, mandant. Hoc cum strenue exeqverentur, & aliqvot milia in solatium Regis mox adessent, tandem in Germanos movet Rex, & exercitu extra fines Patriæ in Austriam ducto, ad Posonium Germanis & *Henrico* in fugam conversis, septem millibus eorum cæsis, celebrem obtinet victoriam. Cum itaqve Rex *Szaszonum* horum, in præliando virtutem comperisset, qva immoti *cataphractorum Germanorum* eqvitatum sustinebant, meliore sorte dignos autumans, privilegiis pulcherrimis eosdem ornabat, & civitates dirutas, imo per aliqvot secula in dumetis absconditas, in qvibus omnia commoda, omnesq; facultates collocarent imo in qvibus & sacra peragere & sarta tuta ædium sacrarum locorum

rumqve communium tueri possent, ædificare permittebat, unde postmodum exornatissimæ civitates, hodie etiam conspicuæ, & ab *antiqvis Dacis inhabitatæ*, successu temporum extructæ sunt. Non enim est, cur his credamus qvi *Geisam* hunc, *Saxones* ex *Saxonia* oriundos in *Transylvaniam* duxisse statuunt, in qva sententia *Albertum Hutterum* Virum Generosissimum simul ac Doctissimum fuisse, *Toppelt. l. c. p. 15.* testatur, & *Isthvanffium* eandem fovisse, patet ex ejusdem *Nicolai Isthvanffii Panonii Regni Hungariæ Propalatini Historia Regni Hungarici, Edit. Colon. Agrip. Anno 1685. fol. p. 144. ad Annum 1538.* Nam cum, qvod dictum Regem strenue auxiliaribus copiis juvissent, *Tartarosq;*, qvi & *Transylvaniam* occupassent omnem, & gravissime jam insultassent *Hungariæ*, abegissent, demum vero pro gratitudine Geysam, Daciam iis contulisse, ferunt, illud meminisse eorum erat, tum temporis *Tartaros* nondum in *Europam transitum tentasse*, multo minus, & qvidem

Certissimo testari mag. Sprint in Hist. Originis Saxonum Cujus rei fidem dare negat.

dem Anno 1142. *Transylvaniam* occupasse, qvippe qvi *seculo demum* XIII. Anno videlicet 1202. INDIÆ *hactenus* REGIBUS *subjecti*, eorum excusso jugo, privatoqve instituto Imperio, late per orbem diffusi, sub ducibus filiis CINGIS CHANI, qvi orbem inter se divisérant, & cum qvatuor exercitibus versus omnes Mundi plagas eruperant, Ducis exercitus *Europæi, Bathi* auspiciis, *Georgiana*, *Armenia*, aliisqve direptis provinciis, *Transilvaniam Poloniam* & *Hungariam* populabandi percursitarunt circa Annum 1241. Vide omnino *Vincentium Lirinensem Libr.* XXIX. *c. 69. Nauclerum Gen. 41. sq. Vol.* II. *Joinvillei Historiam S. Ludovici p. 192. Johannem Villanum Italicum Scriptorem L. 6. c. 28. Monachum Paduanum in Historia Germanica, item Revvam, Bonfinium, VVolffgangi Drechsleri Chron. Sarac. & Turc. Lib. I. Cap.* VII. *ad A. 1238. Edit. Lips. A. 1689. p. 77 Joh. Micralii Syntagma Hist. Polit. p. 887. qvi & Marcum Paulum Venetum, & Haithonum & Texerium, citat, & tantum non*

non omnes qvi aliqvid de illis temporibus prodiderunt. Adeoqve & *Chronicon Transylvanorum*, cujus *primus Author* fuit *celeberrimus Honterus*, auctum vero, qvotannis calendariis annectitur, fallit, accuratissimus alias, nescio qvo indicio ad hoc statuendum deceptus sit. Idem in Ecclesiam Coronensem eadem adsignare curavit, qvæ postmodum a *Tröstero* & *Krekvizio* citantur. Sed ut redeamus unde discesseramus,

Sic privilegiati *Daci*, non Saxones, sed Theutones, Detsen, ut appellantur in Privileglis, post confectum bellum in sua redibant, excussoqve jugo, libertate donati pristina, Civitates extruebant, extructasqve basilicis & monasteriis pro more seculi ornabant, tanto cum successu, ut seculo XIII. vix elapso, egregias civitates incolerent, cum maximo totius Regni emolumento. Cum vero sub finem ejusdem & initium subseqventis seculi, ex ruinis antiqvissimarum civitatum, alias etiam erigere conarentur Urbes, invidi-

am

Haas Bezső Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

am sibi contrahebant Hungarorum, qvæ in odium deinde erumpens, varias sibi invicem nocendi injuriasqve inferendi occasiones subministrabat, in qvibus tamen inferiores semper Theutones, post exoptatum ab expeditione sancta reditum Regis Andreæ II. apud Regem de injuriis conqvesti, novum hoc privilegium impetrabant.

In nomine S. Trinitatis & individuæ unitatis, Andreas, Dei gratiâ Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Galiciæ, Ludomiriæqve Rex in perpetuum. Sicut ad Regalem pertinet dignitatem, superborum contumaciam potenter opprimere; sic etiam Regiam decet benignitatem oppressiones humilium misericorditer sublevare, & fidelium metiri famulatum, & unicuiqve secundum sua propria merita, retributionis gratiam impertiri. Accedentes itaqve fideles nostri Teutonici,

nici, ultra Transylvani universi ad pedes nostræ Majestatis, humiliter nobis conqverentes, sua qvæstione suppliciter nobis monstraverunt, qvòd penitus à sua libertate, qvà donati fuerant à piissimo Rege Geysa, auo nostro, excidissent, nisi super eos Majestas Regia oculos solitæ pietatis nostræ aperiret, unde præ nimia paupertate nullum Majestati Regium servitium poterat impertiri. Nos igitur justis eorum qverimoniis aures solitæ pietatis inclinantes, ad præsentium posterorumqve notitiam volumus devenire, qvòd nos Antecessorum nostrorum piis vestigiis inhærentes, pietatis moti visceribus pristinam eis reddimus libertatem. Ita tamen qvod universus populus, incipiens à Vaross usqve ad Baralt cum terra Siculorum, terra Sebus, & terra Daraus,

Hazai Bezeg Múzeum Budapest Könyvtár
Szabó Judvarhely

aus, unus sit populus, & sub uno Judice censeatur, omnibus Comitatibus, præter Cibiniensium, cessantibus radicitus. Comes verò qvicunqve fuerit Cibiniensis nullum præsumat statuere in prædictis Comitatibus, nisi sit infra eos residens, & ipsum Populi eligant, qvi melius videtur expedire. Nec etiam in Comitatu Cibiniensi aliqvis audeat comparare pecunia; Ad lucrum vero nostræ Cameræ qvingentas marcas argenti dare teneantur annuatim: nullum prædialem, vel qvemlibet alium volumus infra terminos eorundem positum ab hac excludi redditione, nisi qvi super hoc gaudeat privilegio speciali. Hoc etiam eisdem concedimus, qvod pecuniam, qvam nobis solvere tenebuntur, seu dignoscuntur, cum nullo alio pondere, nisi cum marca argentea

tea, qvam piissimæ recordationis Pater noster Bela eisdem constituit, videlicet qvintum dimidium fertonũ Cibiniensis ponderi, cum Coloniensi denario, ni discrepent in statera, solvere teneantur. Nunciis vero, qvos Regia Majestas ad Dicam colligendam statuerit, singulis diebus, qvibus ibi moram fecerint, tres lottones pro eorum expensis solvere non recusent. Milites verò qvingenti intra Regnum & regni expeditionem deputentur; extra verò Regnum centum, si Rex in propria persona iuerit. Si vero ex Regno Iubagionem miserit, sive in adjutorium amici sui sive in propriis negotiis, qvinqvaginta tantummodo milites mittere teneantur. Nec Regi ultra præfatum numerum postulari liceat, nec ipsi etiam mittere teneantur. Sacerdotes verò suos liberè eligant, & electos repræsentent, & ipsis

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

ipsis decimas persolvant, & de omni jure Ecclesiastico, secundum antiqvam consvetudinem, eis respondeant. Volumus, etiam firmiter præcipimus, qvatenus illos nullus judicet, nisi nos, vel Comes Cibiniensis, qvem nos eis loco & tempore constituemus. Si vero coram qvocunqve Judice remanserint, tantummodo judicium ordinarium reddere teneantur. Nec eos etiam aliqvis ad præsentiam nostram citare præsumet, nisi causa coram suo Judice non possit terminari. Præter supra dicta, sylvam Blacorum & Bissenorum cum aqvis usus communes exercendo, cum prædictis scilicet Blacis & Bissenis eisdem contulimus, ut præfatâ gaudentes libertate, nulli inde servire teneantur. Insuper eisdem concessimus, qvod unicum sigillum habeant, qvod

qvod apud nos & Magnates nostros evidenter cognoscatur. Si vero aliqvis eorum aliqvem convenire in causa pecuniali, coram Judice non possit uti testibus, nisi personis infra terminos eorum constitutis, ipsos ab omni jurisdictione penitus eximentes, salesqve minutos, secundum antiqvam libertatem, circa festum Georgii octo diebus circa festum D. Regis Stephani, & circa festum B. Martini similiter octo diebus, omnibus liberè recipiendos concedimus, qvod nullus Tributariorum nec ascendendo nec descendendo præsumat impedire eos; Sylvam verò, cum omnibus appendicibus suis & aqvarum usus, cum suis meatibus, qvæ ad solius Regis spectant donationem, omnibus tam pauperibus qvam divitibus libere concedimus exercendos. Volumus etiam, & Regia au-

Haáz Rezső Múzeum - Udvarhely, Székely Múzeum
Székelyudvarhely

thoritate præcipimus, ut nullus de Jubagionibus nostris Villam, vel prædium aliqvod à Regia Majestate audeat postulare; si verò aliqvis postulaverit, indulta eis potestate à nobis, contradicant. Statuimus insuper dictis fidelibus, ut cum ad expeditionem ad ipsos nos venire contigerit, tres descensus tantum solvere ad nostros usus teneantur. Si vero Vayuoda ad Regalem utilitatem ad ipsos vel per terram ipsorum transmittetur, duos descensus, unum in introitu, & alterum in exitu, solvere non recusent. Adjicimus etiam supradictis libertatibus, qvod mercatores eorum, ubicunqve voluerint, in regno nostro, libere & sine tributo vadant & revertantur, efficaciter jus suum, Regiæ Majestatis intuitu, proseqventes. Omnia etiam fora ipsorum, sine tributis, præcipi-

cipimus observari. Ut autem hæc, qvæ antea dicta sunt, firmiter & inconcussa permaneant in posterum, præsentem paginam duplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno ab incarnatione Domini, Millesimo Ducentesimo Vigesimo Qvarto, Regni autem nostri, vigesimo primo.

Interea Ecclesiarum status, novis qvotidie Traditionibus Pontificum oneratus, & errorum & Ceremoniarum augmentum insigne acceperat. Cesserat Clericorum Conjugium, qvod hucusque juxta modum Ecclesiarum Græcarum viguerat, præterqvam qvod *Valachorum sacrificuli*, nullavi eo deduci poterant, ut cœlibem vitam agerent; Confessio Auricularis ab *Inocentio III. Pontifice R. A.* 1198. sancita, introducta fuerat, Laici calice in Evcharistia carere jussi, jam ad venerationem circumgestatæ hostiæ benedictæ compellebantur, & qvicqvid in ceremoniis Judaicis

A Debreceni Egyetemi Könyvtár digitalizálta és az interneten közzétette

daicis ſplendidum, qvicqvid in gentilitia ſuperſtitione floridum, qvicqvid in veterum Hæreticorum qvisqviliis coruſcum, qvicqvid deniqve in occupandis & demulcendis hominum oculis, auribus & animis potens videbatur in Eccleſiam introductum conſpiciebatur. Vide omnino *Rationale Durandi*, *Alcuinum de Officiis Divinis*, *Amalarium de offic. Eccl. l. 2. c. 22. Polyd. Vergilium de Inventione rerum*, *Baronium in Annalibus* &c. Et ex hac πανσπερμία & ceremoniarum coagmentatione id eſt ſecutum, ut ad Reformationem usqve ignoraret pene Tranſylvania ſe Chriſtianam eſſe, aliqvod *Dei verbum* eſſe, *Religionem* ad Deum, & conſcientiam pertinere, nam illud populi manibus & mentibus excuſſum, hæc reducta ad digitorum articulos, labiorum murmura, ſacrificulorum mugitus, Monachorum receptacula, clauſtrales tonſuras, Anachoretarum cilicia, laciniarum, pectinum, crepidarum venerationem, indulgentiarum nundinationes,

nes, & alia id genus faſcina, diſtinendæ & occupandæ plebi accommoda, erant.

Adhæc, qvæ Philoſophia ſecularis, ſacram Theologiam ſua curioſitate inutili, fœdare cæperat inde ab A. C. 1150. ea in omnibus monaſteriis tractabatur, & homines diſciplinarum ignari fines Philoſophiæ & Theologiæ perrumpentes, id unum agebant, ut, cum Theologica eſſent tractanda, illi in Metaphyſicis & Phyſicis aut Logicis ſeſe præpoſtero & pœnitendo ritu oſtentarent, applauſusqve materiam in Scholis Theologicis captantes, vel homogeneos & domeſticos Theologiæ terminos transformabant in Philoſophicos, vel terminorũ homonymorum & analogorum occaſione, ex neglectis ſanis diſtinctionibus ac limitationibus, reſtrictionibusq; Theologicis, omnes materias metaphyſicas prope & Phyſicas, cum Theologicis commiſcebant, concluſionesqve pure Theologicas nitebantur mediis terminis Philoſophicis,

Digitized by Google

phicis, detestanda μεταβάτειν εἰς ἄλλο γένος, disputare. Et sic vigebat spinosa & molesta nescio qvæ Theologia de Instantibus, relationibus, qvidditatibus, de formalitatibus, qvo etiam mysteria transcendentalitatum, primalitatum, aseitatum, exeitatum, hæcceitatum, nuncceitatum, tuncceitatum, præsentalitatum, generalitatum, specificabilitatum, tantitatum, talitatum, subjicibilitatum, passionabilitatum, potentionabilitudinalitatum, aptitudinabilitatum, &c. &c. spectant, itemqve omnia Syllogismis arte contortis, & humanis duntaxat argutiis, qvæ procul dubio qva auctoritate recipiuntur, ea & refelli possunt, pertractabantur, tota pœne ætas in hominum decretis, qvæ inter se pugnantia semper, nullo tempore concilianda, alunt per secula litem, conterebatur. Is sublimis Theologus habebatur, qvi majora portenta pro suis traditiunculis affingere sciret, pretiiqve pars erat gloriolæ inanis, non intelligi grandia illa verba,

verba, qvæ alto supercilio, inter mulierculas de sacris literis philosophantes trutinabant. *Conf. omnino Cornel. Episcop. ad Rom. cap. 6.*

Hinc divinæ Scripturæ proh dolor! qvanto omnium damno negligebantur. Reperiisses certè innumeros sacrificulos & Pastores, qvi nec viderant unqvam Sacrum Bibliorum codicem, multi qvi versionem vulgatam viderant cum *Remigio*, qvo Idiomate Paulus Epistolas suas scripsisset ignorabant; multi qvi se tamen Doctores putabant, ante qvinqvagesimum annum, vix primum Librum Geneseos evolverant. Causas si qværas hujus contemptus, eas facile subministraverit, docendi jam adducta methodus.

Mores & *vita* tam dissoluta erant, ut non tantum de eorum emendatione nunqvam cogitarent ipsi, sed & alios ad officii tramitem eos revocantes ægrè tulerint. Canonicorum major pars in taberna catervatim sedebat, bibendo & convivando & ludendo &

Szabó Ferenc Vizsgáló Tudomány Szakkönyvtár

do & taxillando, & aleando & tabellando & cartando & russando, & aliis sonis, epulantium & lætantium more tales strepitus faciebant, ut Auditor confitentis vocem vix audiret, qvibus verbis suos Malleol. In Passionali describit Fratres.

Nec igitur pro justitia sua inulta hæc peccata relinqvebat, omnis rectitudinis & sacratissimorum Scripturæ Sacræ Librorum Auctor, verum qvos par facinus coinqvinarat & æqvarat, in hos similem pœnam immittebat.

Claudebat vitæ suæ periodum, post felix & qvietum imperium ANDREAS dum regnasset Annos 34. A. 1235. BELA IV. successore constituto. Hujus gubernatio primis cito annis durior nec satis humana videbatur, tristiaqve & fæda cuncta tum apparebant. Mox BATHUS secundis ubiqve victoriis usus, cum *qvinqvies centenis millibus Tartarorum* in *Transylvaniam* irrumpens, vastando, enecando in exiliumqve ducendo, crudelissime eandem affligebat

bat, & toto triennio cum *Hungaria*, *Polonia Silesiâ* & *Moravia* depopulabatur, ut vix paucis extructæ civitates, salutis aliqvod præberent asylum, qvos singulos fames tamen ex triennali hac vastitate orta, internecione delevisset, nisi eandem ob causam, Duces Tartarorum, rebus alias feliciter gestis & divite præda onerati, in sua se recepissent, & *Bela* ex exilio redux, in qvo una cum *Boleslao Poloniæ Rege* exul per orbem errare debuit, auxilio Rhodianorum militū, recuperato regno, reliqvias ejus mira felicitate ac prudentia recollegisset, ruinasqve restaurasset. Redivivo autem Rege, post tam funestam & fatalem cladem, revivisce re cum tota Hungariâ iterum cæpit Transylvania, & brevi sibi redita ostendit, se nunqvam tam periculoso morbo laborare posse, qvin bonitate naturæ, facili medio, sibi ex integro restitui possit, nisi forte malum sit intestinum.

Post hanc castigationem vix pedem in Regnum reposuit *Bela*, cum non tam

Házi fel szabadban Tudományos Könyvtár
Szolnoktavarmegye

tā de Regiis qvam *Marianis* honoribus ſollicitus, *& aras divæ, & divam reſtituit aris.* Nihil vel in doctrina vel in moribus immutatum fuit, imo ut diruta & expilata monaſteria priſtino ſplendori reſtituerentur, & pecuniarum alicunde ſcateret fluvius, infiniti acqvirendi pecuniarum modi adinventi ſunt, prius non excogitati. Pro conſignandis vel obſignandis conſiſtorii ſeu judicii matrimonialis ſententiis, intollerabiles ferè ſummas emungebant a matrimonii candidatis. Sepulturas magno ære cogebantur redimere demortuorum cognati. Hinc tot exortæ lites, ſimultates, rixæ inter Clericos ſeculares & Monachos, utrisqve pro hoc pecuniæ aucupio acerrime dimicantibus. Ut taceam venundationes *benedictarum Candelarum, eſculentorum, amuletorum, cereorum, imprimis agni Dei imaginum*, qvibus occulta qvædam *vis* tribuebatur, & *virtus* arcana, avertuncandi malum & attrahendi bonum, & in comitatum individuum aſcita, tutum

tum iter, felicemqve omnium rerum ſucceſſum præſtare credebantur. Et ſic non tantum bonarum literarum ſtudia præfocata, barbaries introducta; ſed & verum lumen excuſſum, verbum Dei ſuppreſſum, conſcientiis ſcrupuli ſuper ejus lectione ſummo ſtudio injecti, Dominici, Franciſci, Veronicæ acta inculcata, & legendæ aliæ fidelibus & anilibus deliriis, totæ qvantæ ſunt fartæ & conſutæ. Hiſtoria Evangelica in theatrales operas, ſacratiſſima paſſionis Dominicæ memoria, in Scenicos actus converſa, & riſu qvem vocabant Paſchali terminata, qvo abſtergeretur luctus, qvadrageſimali jejunio & maceratione contractus. Qvod ſi ſacra Biblia qvandoqve attingebantur, ſtatim ſacra illa ſementis laciniosis & ſpinoſis Doctorum Seraphicorum commentationibus & interpretamentis, velut in herba ſtrangulabantur. Conqveritur hac de re, (qvod non ſolum in Tranſylvania, ſed in toto orbe Pontificio hæc obtinerent) *Johannes Vito-*

Ingyenes Mizsetik Tudományos Könyvtára
www.mizsetik.tudomanyos.hu

Vitoduranus ad Annum Christi 1344. dum O DEus, inqvit, qvanta avaritia Idolorum servitus Ecclesiam fœdavit, & deformavit. Qvomodo S. Petrus cæteriqve Apostoli & eorum Successores, Martyres Doctores, Ecclesiæ militantis fundamenta ponentes, & immobiliter in fide Christi, & actione persistentes, credidissent, aut credere potuissent, in nostris temporibus statum Ecclesiæ qvondam inclitum & gloriosum, fore ex pestifera radice *avaritiæ* taliter deturpandum. Ipsa est hac dilacerata, sanitiaqve in omnibus membris, & non est, qvi alliget fracturam ejus, non est qvi consoletur eam, vel medeatur vulneribus ejus, attrita est in Sceleribus suis, tam graviter lapsa est in præcipitium, vel foveam vitiorum, qvod per se resurgere neqvit, nec est qvi suscitet eam. Omnes enim qvasi erraverunt, sicut oves errantes, unusqvisqve abiit in viam suam non rectam, qvia non voluerunt Patres ejus, cupiditate rerum temporalium demen-

mentati. Unde adimpletum est verbum Jeremiæ Prophetæ dicentis: A majori usqve ad minimum omnes student avaritiæ &c.&c. & mox: Hæc scandalum, fidei scrupulum, perplexitates, detractiones, murmurationes, diffidentiam, desperationem, clamorem, commotionem, Simonicæq; pravitatis timorem & suspicionem apud plurimos homines generavit. Dicebant enim: Clerici Ecclesiam Dei, Sponsam Christi contemnunt, lacerant & deturpant, dissipant & confundunt, integritatem ejus dissecant, claritatem vulnerant, benignitatem & mansvetudinem ejus indurant, fervorem laxant & enervant, liberalitatemqve ejus obstruunt, & nexibus avaritiæ ligant, a datione libera eam retrahendo, gratuita dona ejus vendendo, & emendo, verbum Christi in Evangelio dicentis, Gratis accepistis gratis date, parui pendentes, abjecerunt, maledictionem Gehazi & Simonis minime

Digitalizálta a Szegedi Tudományegyetem Könyvtára szegedy.tudvarlap.hu

me timent, excæcati in ſua malitia &c. Hæc ille.

Et ſic vivebatur ſub variis Regibus, dum variam fortunam etiam ſæpius experiretur, cum Hungaria Tranſylvania. Circa Annum Chriſti 1309. CAROLUS ROBERTUS ſeu *Carobertus, Caroli Martelli, Principis Salernitani filius*, STEPHANI V. *ex filia Mariæ, Caroli Martelli Matre, pronepos*, in ſignia Coronæ accipiebat. Imperium ejus a bello civili initium accipiebat qvidem, aſt mox qvietum domi foriſqve fiebat, & in longæva pace abſqve turbinibus qvibusvis florebat, pietatis & clementiæ Regis, laude maxima. Ut id vero firmũ ratumq; maneret, juſtitiæ ſummam impendebat curam, ſine qva vera tranqvilitas nulla eſt. Ut unum ex multis hic addam. Confirmaverat ſupra *Colomannus* judicium ferri & aqvæ, ad qvod litigantes de qvocunqve facto, per *Comites* & *Priſtaldos, qvi fuerunt olim executores judiciũ in capitulis*, in capitula mittebantur, qvod alterutrũ, pars, ce-

ceremoniis præmiſſis, ſi ſuſtineret, juſta, ſicut illa qvæ lædebatur rea pronunciabatur. His accedebat Sacramentum juris jurandi ſuper ſepulchrum S. Regis Ladislai, coram Capitulo Varadienſi præſtari ſolitum. Illo ritu uſi fuerant per Annos CCCXL. ab Anno ſc. 969. a nativitate S. Regis Stephani, usqve ad A. 1309 hoc vero inde a morte S. Ladislai. Cum ergo Rex videret, Hungaros ſuperſtitioſe his probationibus uti, abolitas dedit & proceſſum judiciarium, uſumqve proceſſuum in cauſis inchoandis, proſeqvendis, diſcutiendis, & terminandis, ex Galliæ Regno, in Hungariam introduxit, tam ſalutari ſucceſſu, ut in hunc usqve diem obſervetur. Revva l. c. p. 22.

Poſt hæc ſingularis qvædam *Religio* Regem inceſſit. Proinde ut domeſticorum numinum Patrocinia ſibi perpetuo conciliaret, in *Lippa, D. Ludovico Mariæ filio, Stephani V. nepoti, pronepotiqve Belæ IV. Epiſcopo dum viveret Tholoſano,*

Hadz Rózsa Endre emlékTudományos Könyvtár
Szekelyudvarhely

no, sumptu Regio ædem fundavit, cum adjecto *D. Francisci Collegio*. Bonfin. l. c. p. 227. Dec. II. Libr. IX. aliasqve Ecclesias vel erexit, vel ditavit.

Tandem excessit rebus humanis, haud disparem successorem nactus, LUDOVICUM *filium*, tam Patris felicitate, qvam propria virture insignem, qvi anno 1342. regni fasces suscipiens, id omni contentione egit, ut domi concordiam alere, & foris in bellis gerendis laudem cum singulari prudentia referre posset. Domabat ergo primo Transylvaniam, & sancitâ Concordia ut *Schæsburgenses* qvi in fide permanserant, liberalitate sua confirmaret, observatam fidem multis verbis collaudabat, ac novis immunitatibus muneribusq; donatos, ut etiam in posterum in officio permanerent, benigno sermone admonebat, imprimis autē ad templum cathedraticum S. Nicolai extruendum, sufficientes sumtus, cum insigni dote iisdē offerebat. Mox post bella, Lithvanicum & Bohemicum,

cum, in Tartaros ex Transylvania, qvi siculos varie infestabant, prospero eventu movebat, Duce *Andrea provinciæ Vayvoda*, tantoqve successu, ut multis deinde temporibus ab immani incursione hostis abstineret.

Uti nam & Clerici ab avaritia abstinuissent, sed immersi in ea ac suffocati, non poterant non nefario ausu Laicorum inhiare divitiis, & tandem inter se simultatem detestando modo serere.

Non solum vastaverant sed & funditus deleverant *Milkoviam* Tartari, ut ergo ejus proventibus ditaretur Episcopus Albensis, Milkoviensem sibi Episcopatum rapere satagebat. Habebat vero hac in Re adversarios Capitulares Decanumqve Cibiniensem, qvi etiam post sat acerbas & diuturnas litigationes, jura Episcopalia ad Edicta Papæ & Regis sibi retinebant. *Habentur acta in Arca Capituli.*

Sic etiam Anno 1411. sub *Papa* JOHANNE XXIII. *Episcopus Albensis* DOMINICUS, adversus Fratres Schelckenses

Erdélyi Múzeum Tudományos Könyvtár
www.epa.hu/00/erdelyi/ludvartag

ckenses gravem qværimoniam, ac si enormiter in dignitatem Episcopalem deliqvissent, instituit. Cum lite pendente *Dominicus* in vivis esse desineret, Successor ejus DEMETRIUS, dimidiis decimis eosdem mulctat, omnesqve vias præcludit, ne apud Papam hac de re conqværerentur. Mox tamen in Metropolitã electus, Strigonium se confert, & Successori ut decimas restituat mandat. Erat hic GOBLINUS. Cum vero videret tantis proventibus se excidere, alia via sibi eosdem rapit. Scilicet petebat ut primo suæ gubernationis anno, ex charitate filiali, ipsi qvod Præcessor ipsis rapuisset, indulgerent, se post anni curriculum illis satisfacturum, qvod cum impetrasset, seqventi Anno persoluta Arenda idem obtinebat. Tertio Anno ne in desvetudinem abiret, cum gratis Episcopo provent9 concedere nollent, Fratres Schelckenses, vi illis rapiebat, qvæ nullo vel juris vel æqvitatis respectu obtinere poterat, Göblinus, & ad

ad annum 1535. cum omnibus successoribus, post habitis & Pontificis & Regis edictis, possedit.

Laici cum viderent, illos qvi ad justitiam eos instituere debebant, omnia injuste agere, & sibi aliqvid licere putabant. Decimas ergo fraudulenter eis porrigebant, ut prolixam conqverendi rationem apud *Sigismundum* qvi post *Ludovicum* juncta sibi *Maria* Regina Regnum obtinuerat, haberent, qva tamen audita, Clericos hoc donavit Privilegio, Imperator.

Hatáz Tibor, Szabó Ottó, Tudományos Könyvtár
Szabó Ottó, Budvarhely

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Fidelibus nostris Universis & Singulis Judicibus, Magistris Civium, Villicis, Senioribus, cæterisqve Saxonibus & alterius cujusvis status & conditionis hominibus, in qvibuslibet Civitatibus Oppidis ac Vicis, tam nostris Regalibus, qvam

qvam aliorum qvorumcunqve in partibus nostris Transylvaniæ, & in qvibuslibet ejusdem terris ac districtibus constitutis, & earum orarum salutem & gratiam.

Pro parte & in personis fidelium nostrorum universorum Plebanorum dictarum Civitatum, Oppidorum & Villarum, Majestati nostræ, (qvod admodum moleste accepimus) exponitur, ut plurimum qvæ-relosè, qvomodo pleriqve forent ex vobis, qvi Dei timore post posito, animarũqve suarum & æternæ salutis immemores, tempore Vindemiarum, dum vina recolligerentur & collecta essent, Decimas hujusmodi vinorum in Patrimonium crucifixi Domini nostri JEsu Christi, ut de iis sui Ministri foverentur, & divinus cultus diurnus & nocturnus sedulo perageretur, tam divinæ qvam huma-

humanæ legis Præcepto dispositas & institutas: de viliori aut abjecto, aut per torcular extracto, & non de bono in doleis, extruso musto, ipsorum Plebanis extraderent & persolverent; imo qvod deterius est, & nedum horrendum, sed & stupendum auditori, aliqvi ex vobis ex qvadam præsumptiõnis audacia, & rebellionis temeritate, hujusmodi mustum ad solutionem memoratarum decimarum cedens, & non veram & justam decimam partem, sed tantum qvantum volunt in ipsorum doleis reponerent, & ante Promontoria suarum vinearum relinqverent, qvod tandem a Pastoribus & aliis Malevolis deportaretur & raperetur, notificarentqve dictis Plebanis, decimas eorum in Vineis reliqvisse, & si per triduum hujusmodi mustum decimale per eorum

Haáz Rezső Múzeum - Udvarhelyi Múzeum Egyesület

Plebanos non importaretur, iidem fingentes se doleis suis indigere, ipsum mustum effunderent in terram. Propterea, qvod si talibus insolentiis salubri remedio non obviaretur, utiq; possetis divini judicii ultionē contra vos, & vestrū quemlibet absq; dubio provocare. Vosmet ipsi tamen pensare & attente considerare potestis, qvod si qvis suas decimas, qvas qvilibet verus Christicola ex divinæ Legis institutione, de primitiis rerum suarum, Ministris ipsius, in cujus Patrimonium deputatæ sunt & institutæ, qvanto modo meliori persolverit, tanto majus præmium ab omnium Creatore, nec immerito obtinebit. Unde nos qvi ex officio nobis ab alto concesso Ecclesiam Dei, & cunctorum Ministrorum ejus, ne in aliqvo propter ipsorum proventuum diminutionem

nem cultus divinus impediatur, fuimus semper, prout & sumus de præsenti Tutor & Protector, specialis nostræ salutis, qvæ procul dubio nisi veras & justas decimas persolveritis, a nobis tanqvam divinæ Legis transgressoribus elongabitur. Providete igitur, cupienter vestræ & cuilibet vestrum fidelitati firmo nostro Imperiali atqve Regali edicto præcipimus, & seriose ex certæ nostræ Majestatis Scientia injungimus, & utiqve aliter habere nolentes, mandamus, qvatenus si nostris desideris vos confirmari ac mandatis nostris obtemperare desideratis, indignationemqve nostram gravissimā incurrere pertimescitis, extune alio nostro mandato, exinde non expectato, a modo, in posterum successivis semper temporibus perpetuis, universis omni cessante occasione

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

casione, Decimas vinorum de vestris vineis portandorum, non cum vili & abjecto, aut per torcular extracto, sed cum bono & ex doleis extruso musto tempore vindemiarum, dum vina vestra recolliguntur & recollecta sunt, vestris Plebanis memoratis, ac etiam aliis qvibus competunt, extradere & persolvere Modis omnibus debeatis. Et tandem post plenam ipsorum vinorum vestrorum recollectionem, prænotatos Plebanos, aut eorum decimatorem vestra cellaria conspicere modis omnibus permittatis, & permitti faciatis, & si ex vobis aliqvos ipsi Plebani & eorum Decimatores ex Conspectione ipsorum Cellariorum, non veras & integras decimas persolvisse compererint, & tum tales defectum hujusmodi Decimarum, sine omni remittentia & con-

contradictione aliqvali supplere debeant & teneantur. Volumus etiam, ut nullus omnino vestrum qvovis qvæsito colore & allegatione, se, a vestrarum ac justarum & integrarum Decimarum solutione, & a prædicta conspectione, post expeditionem vindemiarum, Cellariorum vestrorum, se retrahat & præcaveat, aut prædictis Plebanis in iisdem aliqvo modo contradicat & contrarietur aliqvo modo. Nec etiam aliqvis vestrum sine scitu Plebanorum aut Decimatorum eorundē, educere & explorare, qvoddamqve mustum, de qvibuscunqve Civitatibus, Oppidis, villis, & possessionibus, tempore Vindemiarum, ante solutionem Decimarum audeat & præsumat qvoqvo modo. Vobis autem seu aliqvo vestrum, prælibatis nostris Mandatis se contumaciter

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Egyesület Székelyudvarhely

maciter opponere & contrafacere attentantib9 volumus,& harum serie committimus, Reverendo in Christo Patri Domino Georgio Episcopo Transylvaniensi, nec non Magnificis, Ladislao de Csack, Partium nostrarum Transylvanicarum Prædictarum Vayvodæ, ac Michaeli Jakes de Köfal, Comiti siculorum Nostrorum, præsentibus ac etiam futuris Episcopis, Vayvodis Transylvaniæ, ac Comitibus Siculorum, ut ipsi vos & vestrum qvemlibet, cum vestris damnis & gravaminibus, imo etiam si necesse fuerit, per occupationem hæreditatum & oblationem rerum & bonorum vestrorum, ad plenariam dictorum Mandatorum Nostrorum observationem arctius compellant & adstringant authoritate nostra ipsis præsentibus specialiter in hac parte attri-

attributâ mediante. Aliud ergo, uti talia pericula incurrere pertimescitis, facere nullo modo præsumatis in præmissis. Præsentes qvoqve post earum lectuam semper reddi jubemus præsentanti. Datum Poson. Dominica Palmarum. Anno 1435. Regnorum Nostrorum Hungariæ 49. Romanorum 25. Bohemiæ 5. Imp. 2,

Imo, ne majores qverelæ orirentur, & Laici se se in possessiones Ecclesiasticas ingererent, publicò Decreto cautum est, *ne ullus Comes, Banus, Vayvoda, seu alius officialis Regius, cujuscunqve conditionis, denominationis & dignitatis existat, Ecclesias Episcopales, Archi Episcopales, Abbatiales Præpositales, & alias qvascunqve, Regio jure Patronatus disponendas, earundemqve tenutas, pertinentias, decimas, & possessiones, intra terminos & limites sui honoris seu officiolatus, absq; speciali mandato Regio, occupare, aut se iis ad partialiter vel totaliter ingerere præsumeret,*

 & hoc

Hadz Rezső Muzeum Tudományos Könyvtár
Szekelyudvarhely

& hoc extat in Decreto Sigismundi Regis & Imperatoris VI. Anni 1435. secundo, alias majore, Art. XXI. Jur. Trip. Tom. II. p. 98.

Interea Jubilæi nundinatio, primam, Husso, illi doctrinæ melioris Patrono A. C. 1400. ansam præbuerat, contra Bonifacium IX. Pontificem Romanum, calamum stringere. Duo enim hic Papa jubilæa celebrabat, unum sibi ab Urbano derelictum, alterum a se promulgatum, in qvibus indulgentiæ passim venales exponebantur. De qvibus Platina h. m. p. 243. Indulgentiæ, inqvit, & qvidem plenariæ, passim vendebantur, ut jam vilesceret clavium, & literarum Apostolicarum auctoritas. & Polyd. Verg. Libr. 8. de Rer. invent. cap. I. circa finem: Indulgentiæ velut qvædam merces, qvotidie vel passim vendebantur, non absqve concedentis recipientisqve detrimento, qvando per hæc, ut remedia animæ morborum venalia, minus permulti, a malefactis abstinebant, & clavium authoritas, multo minor erat. *Adde Naucler. Gen. 47. p.*

47. p. 263. sed propterea cum *Hieronymo Pragense*, qvi reliqviarum impugnabat adorationem in *Concilio Constantiensi* qvo, accepta fide publica, ambo evocati erant, damnatus & igni traditus est Anno 1415. Bellum exinde vehemens exortum *Sigismundum* varie exercebat, qvapropter etiam Anno 1416. postqvã Anno 1416. & *Hieronymus Pragensis*, Hussiticæ doctrinæ assecla, ibidem ad rogum condemnatus fuerat, *Bohemos* & plurimos *Hungarorum*, qvi magno numero *Hussi* doctrinam receperant, & palam profitebantur, proscribebat, edictoqve omnes nisi Doctrinam ejurarent in exilinm pellebat. *Vid. Franc. Paritz Papai Med. Doct. & in illustri Collegio Enyediensi in Transylvania P.P. Rudus Redivivum, seu, Breves Rerum Ecclesiasticarum, Hungaricarum juxta ac Transylvanicarum inde a Reformatione Commentarios, Edit. Cibinii Transylv. Anno 1684. in 12. p. 6.*

Nec leviori poena in *Hussitas* animadvertebant ALBERTUS IMPERATOR, *Sigismundi ex filia Elisabetha Ge-*

Magyar Elektronikus Könyvtár Mutatóm Tudományos Könyvtára

Gener, Rex Hungariæ & qvi ei succedebant, ad ULADISLAUM VI. usqve, *Uladislai V.* ex fratre *Casimiro Rege Poloniæ*, nepotem, & tamen eo *Hussitarum* numerus excreverat, ut convocata Synodo, articulos suæ Confessionis scriberent, & in *Comitiis Albensibus* Regni proceribus offerrent. Ut hoc grande eo tempore ausum, *inqvit Papai l. c.* in Comitiis tentarent miseri, coactos eos, Monachi cujusdam Augustiniani, qvi eos apud Regem accusarat, criminationes eo compulere, ut vero auso potirentur, Deus qvi corda Regum flectit ut rivulos aqvarum perfecit.

Dum vero hi mox perseqvuntur, mox voticompotes fiunt, inde a Sigismundo varias Hungaricum Regnum Conversiones patiebatur, & maximas clades accipiebat, qvas cum institutum juvent adscribere haud supervacaneum fuerit.

Jecerat OTTOMANUS primus *Turcarum Princeps*, Anno MCCC. fundamenta regni & potentiæ *Turcicæ*, qvam

qvam negligentia Christianorum, qvi Turcarum populos initio contemptui habebant, maxime augebat, ita qvidem, ut intra decennale spatium maximam *Bythiniæ* partem, adjacentia Ponto Euxino loca, eidem adjiceret, ut prolixius videre est ex *Egnat. Lib. II. Rom Princip. Georgievitzio de Imper. Turcarum. Lecnclav. Hist. Musulm. Lib. IV. Naucler. Gen. 44. Æn. Sylv. cap.* IV. His feliciter patratis, obit *Ottomanus*, variis filiis relictis, qvorum tamen URCHANES, oppressis fratribus imperium sibi vendicabat, qvi Græcis de Imperio inter se disceptantibus, his Christianorum dissidiis usus, *Mysiam Cariam Phrygiam cateraqve ad Hellespontum loca*, suæ ditionis faciebat, & *Prusiæ* in Bithynia ad montis Olympi radices, sedem imperii constituebat. Videantur Auctores citati, & adjiciantur *Niceph. Gregor. Histor. Byzant. Lib. IX. Cap. II. & Lib. XI. c. 8. Laonicus Chalcondyles de Reb. Turcicis Lib. I. Pocoock. in supplem. Albut. Phragii p. 43. aliiq.*

Mox Gener adscitus a JOHANNE

Tudományos Könyvtár Szekelyudvarhely

CANTACUZENO, *Urchanes*, primus in Europam cum filio majore *Solymanno* ad Socerum, a Bulgarorum injuriis liberandum trajiciebat, occupatoqve *Zemeriaco* seu Chirodocastro, viam sibi ad eam divexandam sternebat. Dum autem præsidia Tartarorum ad pontum Euxinum oppugnat, cum filio perit. Hunc mox, AMURATHES, Imperium Paternum adeptus post superatas, avaritiâ *Genuensium* & perfidia, conductis ad *Abydum* eorum navibus, Hellesponti angustias, seqvebatur, & *Philippopolin Hadrianopolimq;* sui juris faciebat, variisqve Regulis deletis, longe lateqve arma sua circumferebat, latiusqve circumtulisset, nisi a fideli, Lazari Serviæ Despotæ servo, mortem Domini sui ulcisci volentis, pugione in ingvine percussus, periisset. Interempto Amurathi succedebat Bajazetes, qvi Marcum Carjevitzium, cum multis nobilibus prælio victũ delebat, auxiliisqve ANDRONICI PALÆOLOGI & *Manuelis* Græcorum, *Bulgariam* atqve *Caramaniam* ditionibus suis adjiciebat,

ciebat, & jam *Valachiam* deprædabatur, qvam Sigismundus Imperator, represso hoste liberabat, mox tamen victus Turcam arcere non poterat, qvin eodem victoriæ cursu Amphipolin expugnaret, vastatisq; Peloponesi agris, ad *Constantinopolis* obsidionem recurreret. Avocatus ab hac obsidione a *Tamerlane* Turca, amisso exercitu, victore captus misere interiit, Post varia paricidalia bella Imperium sibi rapiebat MAHOMETES, subactisq; *Valachia Serviaq;* provinciis, & non exigua parte *Sclavoniæ*, ad *Columbacium* Victor, *Cabotiaq;* expugnata, Regnum Macedoniæ vicit, & ad jonium pelagus pervenit. Amurathes *Mahometis Successor*, pari impetu *Thraciam Graciamq;* pervasit, cum *Palæologi* eum prohibere non possent & in spe ac metu æqvali versarentur. ALBERTUS eqvidem II. *Sigismundi Successor Rex Hungariæ*, cupiebat res Hungariæ præstare salvas, & rejicere hostes ab *Istri* aditu, regniqve finibus arcere. Sed insperato

decedebat, & Regibus procul remotis, labantes Hungariæ Conversiones otiose spectantibus, Sinderovia expugnabatur, qvæ AMURATI *Ungariam* detractis *Servia Rasciaq;* Regionibus, aperuit. Tandem ULADISLAUS, ex *Polonia* accitus & *Rex Hungariæ* creatus, secundos Turcarum successus aliqvamdiu impediebat, adjutore qvippe *Hunniade*, pulso *Turca*, *Belgrad*oqve liberato, *Servtam*, *Rasciamq;* recuperabat. Mox tamen ad *Varnam* victus & peremtus, regnum damnis pluribus affectum, cladibusqve sæpe attritum, uno conflictu perdidit, ac nobilitatis florem & universas Regni vires confecit. Et actum erat de Hungaria, nisi *Hunniades* eluendæ maculæ cupidus, qvam hoc prælio sibi aspersam putabat, summo ulciscendi desiderio tactus fuisset, & in illud totus incubuisset, qvomodo & hosti nocere, & patriam tutari posset, qvo & factum ut Belgradum servaret, copias hostium suo ductu reprimeret, & Hungaros adeo, finitimosqve

qve populos, a barborum metu liberaret.

LADISLAUS *Alberti filius* tum summas tenebat, a cujus excessu MATTHIAS *Hunniades*, *Johannis filius*, mira fortunæ vicissitudine, ex carcere in qvem conjectus erat, dimissus, Regnum suscipiebat, & sic a vinculis ad torqves, ab exilio ad solium, a tenebroso carcere ad Augustæ lucis Zodiacum ab occasu fortunæ, ad meridiem felicitatis emergebat. Vix Urbem Regiam ingressus, de repellendis a Regno hostibus cogitare cogebatur, qvos etiam feliciter ut erat invictus profligabat, varias provincias ei adjiciebat, in *Transylvania* ab *Alibego Bassa*, cruentam licet, insignem tamen ad *Marisium* fluvium, victoriam reportabat, in *Illyrico Turcas* insigni clade mulctabat, *Mysiam* inferiorem, qvæ nunc Bosnia dicitur iisdem adimebat, & maximam calamitatem, non modo ab Hungaria verum ab omni Republica Christiana avertisset, nisi felicissima belli consilia

ac

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

ac conatus contra Turcas, bellis domesticis, partim ex æmulatione, partim ambitione, & discordia Principum Christianorum profectis, impedita fuissent, qvam post obitum ejus sensêre, ut Hungarorum Dissidia maxime auxerunt.

Qvatuor qvippe Regni *competitores* erant: *Maximilianus Cæsar, Uladislaus Bohemiæ Rex, frater ejus Albertus, & Johannes Corvinus Matthiæ Regis nothus.* Obveniebat tamen tandem ULADISLAO VI. Regnum, sed remissior & segnior in rebus administrandis, non parum dispendii Regno attulit. Hungari enim mobiles & turbis asveti, contemta Regis, qvẽ iratiori fato elegerant, (*sunt verba celeberrimi Schurtzfleischii*,) ignaviâ, novis atq; infaustis, qvæ eruperant dissidiis, commissi inter se atqve distracti, non qvo res poscebat, sed qvo libido svadebat, impulsi, Turcæ occasionem latius grassandi tutiusqve nocendi præbuerunt. Defuerat suis rebus *Matthias* qvi *Mahomete II.* sublato, & mox

mox in testina seditione suborta, omnes superioribus bellis ademptas Regiones repetere, atqve ad obseqvium redigere, vel ipsius BAJAZETIS II. sententia poterat, si ut tempus bello oportunum, sic ad gerendum illud paratus atqve expeditus fuisset. *Uladislaus* plane tardus & ob præpingve corpus etiam inhabilis, a pristino bellandi instituto nimium recedebat, non ignaro hujus rei *Bajazete*, qvi *Uladislao*, præter consvetudinem gentis Hungaricæ pacem petenti, superbè respondebat, & iniqva conditione latâ, liberum transitum, per *Croatiam Valachiamq;* concedendum flagitavit. Cujus postulati indignitas *Regem* commovebat, ut contractis auxiliis se compararet ad bellum, qvod arte & consilio trahebat *Bajazetes*, pugnamqve declinabat, missis qvi de induciis tractarent: Summa destinationum erat fallere tempus, & cunctando eludere spem *Uladislai*, qvi cæpto compositionis negotio, ab hoste sibi non admodum metuebat. Inter hæc

Szekely Tudomanyos Konyvtara

hæc *Bajazetes* exercitu in *Valachiam* proximasqve Regiones descendebat magna crudelitate omnia late populabatur *Savumq; amnem* transiens, agrosqve vastans, magnam prædam abigebat. *Uladislaus* more suo cunctabundus, deceptum se videt, & callidi hostis insidias agnoscit, movetqve castra in *Bulgariam*, & provinciam diripit prædaqve contentus, nullo victoriæ fructu percepto redit. Via tunc *Constantinopolin* usqve patebat, gliscentibus in urbe factionibus & afflictis in *Asia* rebus, ubi *Bajazethes* adversa fortuna cum *Persis* pugnârat. Sed Regi non animus neqve Consilium erat neqve viribus suis fidebat, neqve opportunitate recuperandi amissas provincias utebatur. Idcirco a pace qvam Bajazetes offerebat, non abhorrebat, propterea etiam qvod Regni proceres erant discordes, parumq; obseqventes, alii pace & otio frui, alii inter arma versari cupiebant, nonnulli ut fama erat, inclinatione voluntatum in Barbaros pro-

propendebant, odio regis pridem invisi, & suopte ingenio tardi, & nisi necessitas cogeret tergiversantis, *ex Paulo Jovio histor.* XIII. *Ludovico Tuberone de temporibus suis Libr. III. Bonfinio qvi jussu Matthiæ Regis historiam scripsit, Decad. III. Lib. IX. sqq. coll. Thurocio, Naucleri & Palmerii appendice, Tarduccio, Mechovio, & vulgaribus aliis rerum Turcicarum compillatoribus.*

Pacem hanc elapso lustro, jam motus *Siculorum* in Transylvania excipiebant, qvorum singulæ domus, in qvibus Paterfamilias morabatur bovem dare debebant, qvoties Regina masculam prolem eniteretur, eo qvod pecuariam exercendo, magnum animalium numerum alere solent. Cum vero imperata dare nolunt, acceptâ clade, vi eo tandem adacti sunt. *Prolixius Isthvanffius rem describit Hist. Ung. Libr. IV. p.* 35 Maximam tamen cladem Regno inferrebant *Milites Crucigeri.*

Post coronatum LUDOVICUM II. *Ladislai filium*, BAJAZETI *Turcarum Prin-*

Haus Hudebowitz und Tudebowitz von Königstreu
szekelyudvarhely

Principi, devictis & pulsis qvibusdam Turcicæ superstitionis perturbatoribus, ex *Asia* reverso, bellum intestinum, ambitione & truculentia SELYMI filii minoris, repente exoriebatur, qvanto minus provisum ante, tanto sævitia ac sceleris arrocitate crudelius & terribilius.. Gliscebat ergo parricidale bellum inter Turcas, qvam Hungariam tutandi occasionem, cum *Uladislaus* negligeret, *Thomas Bacocius Archi Episcopus Strigoniensis & Cardinalis*, ut adversus communem Christiani nominis hostem Christianos Principes summi Pontificis ope concitaret, prius conventoRege, deinde profectione adornata, & rebus ad iter necessariis sumptuose comparatis, Romam contendebat, ubi hilari fronte a Pontifice &Cardinalibus exceptus, ut voto potiretur, licet lentius qvam necessitas flagitabat, adnitebatur. Sed mortuo *Pontifice* JULIO, LEO X. antea *Johannes Medicæus* dictus, *Laurentii Medicæi*, amplissimi, & toto terrarum orbe cla-

clarissimi viri, filius, nondum XL. annos natus, *Pontifex* declarabatur, qvi ob consumptos a *Julio* omnes ærarii & vectigalium fructus, nec exercitu nec præsenti pecunia juvare Hungariam poterat. Ne ergo nihil egisse videretur *Thomas*, sacra diplomata a Pontifice impetrabat, qvibus eis, qvi contra Turcas arma sumere & in eos movere vellent, universorum criminum venia pollicebatur.

His ergo impetratis domum rediens Cardinalis, multis bellum tale disvadentibus, pluribus qvi otio & avaritia corrupti, regnum prædæ loco habebant, utrisqve qvod dicunt pedibus, in ejus sententiam euntibus, Diplomata Pontificum passim promulgabat, qvibus auditis, conveniebant ad castra plurimi variæ sortis homines, sub religionis prætextu. *Dux* tantũ deerat, hunc fors aut fatum aut casus aliqvis Cardinali offerebat, *Georgium Dosam*, haud postremo loco inter Siculos in Transylvania natum; qvem fatali suæ

Szécsi Pozzó Múzeum Tudományos Könyvtár
Szécsi Pozzó Múzeum Tudományos Könyvtár

ſuæ & inauſpicatæ militiæ, vexillo albo cum prægrandi cruce purpurea ad hoc præparato, donatum, altera vero cruce ſed minore in paludamento aſſuta, notatũ, præficiebat. Tum *Georgius* Tyrones congregatos, hortabatur, ut crucibus purpurei coloris ipſi qvoqve pectora munirent. Numerabantur hujus militiæ crucigeræ intra Menſis ſpatium ultra XL. Millia, unis in caſtris, nec pauciores variis in locis ſe congregaſſe nunciabantur. qvippe Ruſtici non amplius ſervire Nobilibus volebant. Malum hoc cum coercere ſtuderent Nobiles, a Georgio petiti, variam experiri ſalutẽ cogebantur. Hinc poſt multos occiſos, diviſis copiis, omnia ferro, flammis, rapinisq; vaſtabat, usq; dum poſt varias clades, a Johanne Vayvoda victus captusqve, ultimo ſupplicio afficeretur, & ejus complices variis ſuppliciis vitam cum morte commutare cogerentur. Vid. Iſtvanff. l. c. Lib. V. per integrum a. p. 41. usqve 50.

Qvan-

Qvantam cladem hinc acceperit Hungaria facile perſpicitur, imprimis ubi infidi vicini potentia aucta cernitur.

Non multo poſt *Uladislaus* ſenecta & valetudine confectus, *fato fungebatur*, *Ludovico* filio ſucceſſore conſtituto, ſub cujus Imperio, contempta Regis ætate, Rem publicam qvæſtui habebant Proceres, qvo malo ultimam tandem cladem Regno accelerabant.

Anteqvam tamen eandem acciperet Hungaria, ſol veritatis ortum ſuum oſtendebat, & ex Saxonia variis auſpiciis, plurimos fulgore ſuo illuminabat in Tranſylvania.

Haz Rozsnyi Múzeum Tudományos Könyvtára
http://www.mtudomany.hu/

LIBER IV.

EOdem Anno, qvo LUDOVICUS II. Hungariæ Regnum obtinebat, MARTINUS LUTHERUS qvi Anno 1508. *Wittebergam* venerat, & ad Annum 1512. publice *organon*, item *Physicam Ariſtotelis* prælegerat, *Doctor* vero crea-

creatus *Theologiæ* d. 19. Octobris Anni 1512. jam Theologiam profitebatur, contra ſcholaſticos Theologos diſputabat, & falſas eorum ſententias, *de libero arbitrio, meritis operum & traditionibus humanis* infringebat. Erat ille M.D.XVI.

Adorabat tunc orbis Romam & LEO X. *Summus Pontifex*, alter Deus in Terris, Eccleſiæ ſponſus, Leo de tribu Juda, ſurculus Davidis, Majeſtatis divinæ Vicarius, Poteſtatis omnis in Cœlo & terris Dominus, procaci aſſentatorum alloqvio vocabatur. Pro ſua ergo, qvam in omnes Chriſtiani nominis Eccleſias habere ſe putabat, poteſtate, vulgato per totam Europam Jubilæo, Anno ſeq. 1517. miſſisqve literis atqve diplomatis, omnium delictorum remiſſionem promittebat, diplomata hæc, qvæ indulgentias vocabat, pro inſigni pecunia ementibus, idqve, ut gazam qvam variis bellis Præceſſor ejus JULIUS, opttmus Martis ſatelles, & ipſe munificentia ſua exhauſerat, denuo

denuo repleret. *Vid. Joan. Sleidanus in Comment. de Statu Religionis & Reipubl. Libr. I. Edit. Francof. 1610. p. 1. Henric. Kippingius in ſupplem. Hiſtoric. ad Pappi Hiſt. Eccleſ. p. 5. ad A. 1513.*

Cum vero in Germaniam Indulgentiarum propola, qvidam *Tezelius, Monachus Dominicanus* arrivaret, & cum ſociis in luſtris & popinis opes Germanorũ profunderet, *Martinus Lutherus*, concionibus & qvæſtorum malorum libellis excitatus monebat ſuos, agerent prudenter, neqve merces illas tanti compararent. Et Lutherus, ut majori cum fructu rem ageret, *Tezelium*, qvi audaciſſime, indulgentiarum talium precio, nihil non expiari poſſe, aſſerebat, ad collationem publicam provocabat, & mox tergiverſantem conſcriptis Theſibus, numero ad nonaginta qvinqve, templiqve cathedralis foribus affixis, increpabat.

Nec fallebat ſpes, cum enim ad diſputationem propoſitam reſiſtendi cauſa nemo veniret, Theſes conſcri-

Made in Hungary Digitized by Szekely Udvarhely Tudomanyos Konyvtara

ptæ ſummo cum applauſu a plerisqve legebantur, quæ res *Luthero* anſam, explicationem Theſium prolixiorem ſcribendi ſubminiſtrabat, & initium admirandæ illius Religionis reformationis erat. Variis ſcriptis literis ad illos, a qvibus dependere videbatur, *Lutherus* rationem a ſe perpetrati facinoris egregii, reddebat, non poterat tamen, non indignationem eorum incurrere. Habebat tum *Imperator* MAXIMILIANUS I. *Comitia Auguſtæ* huc *Pontifex Cajetanum* expediebat, ut auxilia Eccleſiæ a Cæſare impetraret. Poſt, variis ad varios datis & acceptis literis, *Lutherum* ut reum, *Auguſtam* evocabat, *Pontifex*, & ut *Cajetano* ſe ſiſteret mandabat. Veniebat eo ad 22. Octobris A. 1618. collatisqve ſermonibus rationem facti reddebat, cum vero illud totus ageret *Cajetanus*, ut, omiſſis ſanioribus argumentis, qvibus *Lutherum* convincere debuiſſet, Palinodiam ei perſvaderet relicta provocatione ad *Pontificem*, *Auguſtâ* diſcedebat.

Inter-

Interea novo qvodam edicto ſancit indulgentias *Pontifex*, qvas *Cajetano* miſſas hic promulgat, & omnibus Epiſcopis nomine *Leonis* mandat, gravi conſtituta pœna, ut e veſtigio, ſuis denuncient, & religioſe commendent atq; præcipiant. Hinc qvid ſibi a *pontifice* ſperaret, facile conſpiciens *Lutherus*, literis etiam ob id a *Cajetano* præmonitus, novam interjiciebat appellationem, & ad Concilium provocabat.

Evangelii autem Doctrina ut cunctis innoteſceret, varia adverſus ſe ſcripta refellebat, novisqve editis libellis, a ſe prolata, ut explicabat ita & confirmabat, qvi cum maximo applauſu a viris bonis & doctis evolverentur, & palam laudarentur, qvæſtus cauſa diverſas in oras diſtrahebantur a Mercatoribus.

Haud ſine cauſa egregium authoritatis Papiſticæ detrimentum hinc ſibi augurabatur *Leo Pontifex*; mittebat ergo Anno 1519. ad *Johannem Fridericum Electorem Saxoniæ*, *Carolum Militum*

Digitized by Budapest City Archives, Budapest Múzeum, Tudományos Könyvtár
Digitized by Budapest City Archives

nuntium, & ut *Lutherus* coerceretur missa aurea rosâ, Electorem per eum rogabat, sed instituto cum *Luthero* colloqvio, cũ *Lutherus* veritatẽ ex scriptura demonstraret, pro veritatisq; studio tantis viribus accepto, sincere & constanter agendum esse responderet, Papam vero pertinaciæ accusaret, qvi pessimos in Ecclesia abusus defenderet, sine successu ad sua redire denuo *Miltitius* coactus est.

Acrior hoc facto *Lutherus de votis Monasticis & Communione sub utrâq; specie editis* libellis ut veteres *Bohemorum offensas* orbi denuo instillabat, ita *Lovanienses Doctores* affligebat, ut publico edicto scripta *Luthert* flammis digna esse censerent, qvod *Lutherus* tamen in nominis sui famam trahebat, & Apologia emissa, dignitatem librorum suorum tuebatur, Romanam vero curiam AntiChristi Synagogam fidenter asserebat.

Rebus ad hunc modum exacerbatis, & multis in *Lutherum* excitatis adversariis, denuo ad *Electorem Saxonem* per-

perferebatur *Breve Apostolicum*, qvo jubebatur Lutheri causam deserere, eumqve tanqvam hæreticum, ab Ecclesia damnatum, terris suis expellere.

Acceptũ hoc, derisui *Breve* habebat *Lutherus*, scriptoqve edito, omnẽ potestatem Pontifici in Ecclesiã denegabat, ut liberum vero Concilium in Germania cogeretur petebat. Noverat Papa qvid talia concilia possent, anteqvam ergo majoribus turbis occasio daretur, & scriptum *Lutheri* recens, de Captivitate Babylonica, ex manibus hominum excutereturur, extrema tentabat *Leo*. & *Lutherum* ad ignem per nuncios suos *Caracciolum & Aleandrum* deposcebat. Tuebatur vero *Lutherum* Elector, ut & hi conatus irriti fierent.

Dum hic *Pontifex* extrema contra *Lutherum* meditabatur percrebuerat & in Transylvania ejus nomen, occasione *Mercatorum Cibiniensium*, qvi libellos ejus *de Libertate Christiana, Confessione, Pœnitentia, Justitia duplici, Baptismo, Passione Christi, Votis Monasticis, Communione*

 sub

Debreczi Múzeum Tudományos Könyvtára Szolgáltatóvány

sub utraq; specie, Captivitate Babylonica, Expositione Epistolæ ad Galatas, &c. qvos ringentibus illis, qvi nunqvam scripta Lutheri legerant, aut odii pleno & amarulento animo, ad eorum lectionem properabant, vulgaverat, advehebant, ex qvibus plurimi se deceptos huc usq; qverebantur, & sacrificulos suos doli accusabant. Arrivabant simul *duo Plebani*, haud modico talium librorum numero instructi, qvi ex Silesia oriundi, non modo Lutherum audiverant, sed etiam improbo labore ejusdem scripta evolvebant qvotidie. Hi propensos in doctrinam Evangelii animos cum conspicerent, contracta amicitia eorum, iis nondum bene intellecta, plenius exponebant, institutisqve conventibus privatis, doctrinam Pontificiam reprehendebant.

Erat tum *Saxonum Comes* ac *Regius Judex Cibiniensium, Magnificus Dominus Marcus Peufflinger, & Pastor M. Matthias Colmannus. Ille* acceptis & perlectis *Lutheri* libellis, iisdem assentiebatur, & Plebanos

banos prædictos miro favore prosequebatur, qvippe a qvibus, agnitam ex libellis doctrinam, planiori & pleniori explicatione luculentius traditam, melius concipiebat, qvam mox summo Zelo promovebat & defendebat. *Hic* conatibus ejus resistebat qvidem, sed repentina morte sublatus, felices reformationis progressus, impedire desinebat. Mortuo, *Matthias Ramaschi* succedebat.

Metuebant sibi hinc ruinam qvotqvot *Papam* seqvebantur, qvam ut amoverent, de tollendis non modo Plebanis sed & Lutheri libellis qvotidie consultabant. Obstabat Comitis potentia, qvi eosdē tuebatur, nec felicem conatuū suorum successum sperare poterant. Ne tamen rebus suis deessent, datis literis, de exorta hæresi apud Regem conqverebantur, ex Plebanorum seductione factam, & hos ut tolleret Rex, malumqve intestinum averteret, petebant. Habebantur tum Comitia *Budæ*. Cum itaqve Rex cognovisset & in Regno suo *Lutheri* doctrinam auspiciis

Digitized by Szabó Máriás Tudomány- és Könyvtár, Szeged. Szabó Máriás Tudomány- és Könyvtár, Szeged. Szabó Máriás Tudomány- és Könyvtár, Szeged.

ſpiciis felicibus progredi, lege latâ, ſanciendum curabat, ne a qvopiam perverſum atqve prædamnatum dogma reciperetur, ejusqve ſectatores ſi qvi eſſent ignibus addicti concremarentur. *Iſthvanff. l. c. Libr. VI. p. 67. col. b.*

Latebant tamen prætacti duo Plebani, nec a Monachis reperiri poterant, neglecta enim jurisdictione Eccleſiaſtica, Mandata Archi Epiſcopi Strigonienſis reſpuebant Cibinienſes & ad ſupplicia eosdem extradere renuebant, usqve dum ſpeciali mandato Regis ad obedientiam Eccleſiæ compellerentur. Mandatum hoc tenore ſcriptum reperio.

Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ & Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris ac Circumſpectis, Magiſtro Civium, Judicibus noſtris Regio & ſedis, cœterisqve Senioribus Civitatis noſtræ Cibinienſis, aliarumqve Civitatum, Oppidorum, Villarum, & Poſſeſſionum tam noſtrarum, qvam

qvam aliorum qvorumcunqve ſub Decanatu Cibinienſi, & jurisdictione Eccleſiæ Metropolitanæ Strigonienſis conſtitutis & exiſtentibus, Præſentibus & Futuris, præſentes viſuris ſalutem & gratiam &c.

Ex qverelis graviſsimis fidelis noſtri nobis ſincere dilecti, Reverendiſſimi in Chriſto Patris, D. Georgii, Archi Epiſcopi Eccleſiæ Strigonienſis, Primatis Hungariæ, Legati nati & ſummi Secretarii Cancellarii noſtri &c. non ſine gravi animi noſtri diſplicentia accepimus, multos ex vobis fore, qvi, non curantes libertatem, Privilegia & jurisdictionem Præfatæ Eccleſiæ Strigonienſis, primum a Divis qvondam Regibus Hungariæ felicium recordationum ante multa ſecula ei conceſſam deinde a ſummis qvoqve S. Romanæ Eccleſiæ Pontificibus roboratam &

Magyarországi Protestáns Egyháztörténeti Tudományos Konyvtár
szekelyudvarhely

confirmatam turbare, violare & re-
novare in infra ſcriptis articulis a-
perte contra Deum & ejus juſtitiam
veteremqve conſvetudinem ſem-
per obſervatam, contra deniqve i-
pſum D. Georgium Archi Epiſco-
pum, Decanumqve, ſive Vicarium
ſuum in ſpiritualibus iſthic in me-
dio veſtri conſtitutum, ac jurisdi-
ctionem dictæ Eccleſiæ Strigonien-
ſis ſemper hucusqve obſervatam,
vos ipſos opponeretis, & in eadem
jurisdictionem intromitteretis.

Primò. Qvod dum aliqva cauſa
merè prophana inter Clericos &
Perſonas Eccleſiaſticas ſuſcitaretur,
vos eam liberè, non curatâ reqviſi-
tione ipſius Decani ſui, apud vos pro-
pterea facta vel fienda adjudicaretis,
imo non modo adjudicaretis, ſed li-
tigatores etiam & cauſantes ſpiritua-
les

les compellaretis, ad ſtandum co-
ram vobis juri, neglecta ipſius Deca-
ni jurisdictione.

Deinde dum Decanus ipſe inter-
dictum & Cenſuras Eccleſiaſticas
in Rebus juſtis alicui plebanorum
veſtrorum imponeret, vos eundem
Plebanum compelleretis ad divina
coram vobis pro lubitu celebranda,
alioqvin minaremini ei, vos eum de
Plebania ipſa depoſituros, aliumqve
ejus loco ſuffecturos.

Item qvod nunc etiam de facto
in qvadam poſſesſione veſtra Bun-
garth vocata, jurisdictionis Strigo-
nienſis, Plebanum ejusdem loci
propria authoritate veſtra absqve
ulla Decani ipſius reviſione vel in-
qviſitione juridica depoſuiſſetis, &
loco ejusdem alium Plebanũ contra
Deum & ejus juſtitiam intruſiſſetis,
a Decano ipſo, prout moris eſſet, &
con-

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Székelyudvarhely

consvetudinis, non confirmatum, qvem contra Religionem Christianam, nunc qvoqve isthic violenter teneretis & foveretis.

Item qvod dum Decanus ipse in visitatione sua, vel aliis temporibus crimina notoria inter personas vobis subjectas deprehenderet, vos resisteretis, propria vestra authoritate, ne ejusmodi criminosi homines & manifesti notorii de jure per Decanum emendarentur in animarum suarum salutem. Et si qvi etiam pro pœna aliqva mulcta mulctarentur, mulctam eam pro vobis accipere conaremini.

Præterea in aliqvibus locis Decimas qvoqve frugum, bladorum, apum, & aliarum rerum decimari solitarum, Plebanis vestris sub Decano ipso Cibiniensi constitutis, contra Præceptum Salvatoris nostri,

stri, & etiam institutum Sanctorum Patrum, atqve etiam contra veterem & ab antiqvo observatum morem ac salutarem consvetudinem exsolvere noletis. Qvæ omnia cum merè contra decreta summorum Pontificum, & etiam singularia Privilegia Ecclesiæ ipsius Strigoniensis ab immemorabili tempore semper firmiter & inviolabiliter, tam in medio vestri, qvam in aliis Diœcesibus observata per vos præsumtuosè fiant & committantur, non possum9 non a vobis, id gravissimo molestissimoqve accipere animo. Nos enim vestigiis qvondam Divorum Regum Hungariæ inhærere in omnibus cupientes, sicuti vos in vestris juribus parati sumus conservare & defendere: Ita volumus omnino ut jurisdictio etiam Ecclesiarum Dei, immunis & inviolata observetur,

Magyar Rozsó Múzeum Tudományos Könyvtára
Szárkolludvarhely

tur, & ut Privilegia libertatesqve Ecclesiæ Præfatæ Strigoniensis, etiam in minima re, nostro tempore, vel per vos, vel per alios qvoscunqve, subditos nostros violentur aut perturbentur. Qvapropter volumus & Fidelitati vestræ, vestrumqve cuilibet committimus & mandamus, aliud nullo modo volentes habere, qvatenus a modo in posterum vos ad jurisdictionem & libertatem ejusdem Ecclesiæ Strigoniensis aliqvo modo sive directe sive indirecte vel alio qvovis colore qvæsito turbandam, nullo intromittere præsumatis. Sed mox Majorum vestrorum in omnibus rebus justis jurisdictionem ejusdem Ecclesiæ Strigoniensis vos servare & accommodare teneremini; & si etiam aliqvid contra illa hactenus per vos fuisset attentatum hoc ipsum statim recti-

rectificetis reformetis & emendetis, ac contra Decanum ipsius D. Georgii Archi Episcopi in rebus spiritualibus juste illum procedentem, vos non opponatis. Nam si secus facere attentaveritis, & jurisdictionem libertatemqve præfatæ Ecclesiæ Strigoniensis, ac legitimas veteresqve consvetudines Decanatus ipsius Cibiniensis violare & perturbare præsumseritis, vel aliqvis vestrum præsumserit, annuimus & concessimus, annuemusq; & concedemus per præsentes eidem D. Georgio ArchiEpiscopo & dicto Decano suo, ut contra qvemlibet vestrum, contra hoc minimum mandatum facere attentantem, jure Ecclesiastico agat, ac omnibus viis & modis præmissis omnibus faciendis, etiam per gravamina Ecclesiastica contra vos procedat & vos ad obser-

Házi Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Székelyudvarhely

servanda præmissa compellat, authoritate etiam nostra, & potestate eidem in hac parte plenarie attributa & jurisdictione suâ mediante. Aliud igitur in his nulla re facere præsumatis Præsent. Præ ect. Exhib. Restit. Datum Budæ Feria IV. post Dominic. Lætare Anno 1522.

Hujus respectu ne majorem Regis indignationem incurrerent Cives, Monachorum fidei, ut ad Archi Episcopum Strigoniensem deferrent, prætactos Plebanos, committebant, *Magnificus Pcufflinger* vero intercessione apud Regem præcavebat ne qvid mali illis accideret. Scilicet insignis fuerat Annus iste 1522. morte *Georgii*, *cognomine Szackmari*, *Archi Episcopi Strigoniensis*, qvo fatis erepto *Archi Episcopalem* dignitatem adipiscebatur, dum hæc in Transylvania agebantur, *Ladislaus Salkanus*, *Ludovico* charus. Hic ADRIANO extincto ad Electionem CLEMENTIS VII. *Pontificis Maximi* proficiscere *Romam* cogebatur. Archi Episcopo ergo absente

sente ut tempus falleret, persecutionem edicto Regis differrebat, & ut Vicarius reditum Ladislai præstolaretur impetrabat, Comes Transylvanorum.

Abductis his, majus qvam ante detrimentum accipiebant a Lutheri libellis Papicolæ, ab eorum enim lectione, hos, qvi dogmata Lutheri tantum prægustarant, avocare nullo modo poterant, ex qvibus tamen Monachorum contemptum sibi imprimebant, & jejunia ritusqve papales aspernare, negligere atqve contemnere incipiebant, cantilenas adversus Papam ejusqve furorem canere, obiationes superfluas subtrahere addiscebant.

Non poterat Monachos causa tanti sibi illati damni diu latere, summo ergo studio in id incumbebant, ut Lutheri Libellos ex civium manibus excuterent, sed non poterant ullis persvasionibus eo deduci Lutheri asseclæ. Ne ergo cunctatione, rebus suis detrimentum inferrent, ad Regem qvi denuo Comitia indixerat & Budæ celebrabat, ex-

Hadai Rozsnyai Szekely Judvanyi

excurrebant, reqve exposita, Mandatum tale impetrabant.

Ludovicus Dei Gratia, Rex Hungariæ & Bohemiæ, Fidelibus nostris, Prudentibus & Circumspectis, Magistro Civium ac Judicibus Regio & Sedis, cœterisqve Juratis Senioribus Civitatis nostræ Cibiniensis, Salutem & Gratiam nostram.

Non sine animi nostri displicentia, accepimus Dogmata sacrilega cujusdam Martini Lutheri, jam pridem à Sancta Sede Apostolica una cum Seqvacibus ejus excommunicati, adeo mentes hominum ubiqve obcœcasse, ut veritate Evangelica institutisqve Sanctorum Patrum relictis, Doctrina ejus & libelli per eum scripti vulgò ab omnibus in medio vestri manu teneantur, legantur, & observentur. Qvæ qvidem assertiones & libelli ejusdem Mar-

Martini Lutheri, cum sint contra veritatem ipsam, & sint etiam per Sanctam Sedem, ut diximus, Apostolicam, jam pridem excommunicati, vehementer nobis displicet, vos qvoqve & concives, ac Mercatores vestros, aliosqve istius civitatis nostræ inhabitatores libellos eosdem vendere, emere & tractare jam cœpisse; Cum autem Vestigiis Divorũ qvondam Regum Hungarorũ nostrorũ Præcessorũ inhærendo, officii nostri intersit, Fidem & religionem nostram Christianam, ne ab Hæreticis excommunicatis eadem invadatur & contaminetur, ubiqve in hoc Regno nostro & partibus eidem subjectis illibatam conservare volumus & Fidelitatibus vestris harum serie sub amissione omnium bonorum vestrorum committimus & mandamus, Qvatenus statim præsen-

Haász Rezső Múzeum - Tudományos Könyvtára
Szélesudvarnak

ſentibus tam in civitate noſtra Cibinienſi, qvàm in aliis locis vobis ſubditis aſſertiones, figmenta & libellos præfati Martini Lutheri, tanqvam excommunicatos vicatim & per ſingulas domos reqviri, inventosqve publicè comburi & deinde publicare palam facere debeatis, ne qvis cujuscunqve tandem conditionis exiſtat, ejusmodi Dogmata, Aſſertiones & libellos eosdem vendere, emere, legere aut tractare præſumat, ſub pœna confiſcationis omnium bonorum &c. Datum Budæ Sabbatho proximo ante Dominicam Cantate Anno 1523.

Certum pro exeqvendo hoc negotio Commiſſarium cum plenaria poteſtate expediebat Archi Epiſcopus, additis literis, in qvibus Senatum orat & hortatur, ut Commiſſarii authoritatem tueatur, favore & auxilio proſeqvatur, proſcriptamqve hæreſin Lutheranam profitentes, captivari, bona vero eorum univerſa, diſpoſitioni Majeſtatis Regiæ reſervari fideliter curet, authoritateqve Regia ipſi hac in parte conceſſa, nihil intermitteret, qvod ad Eccleſiæ ædificationem facere poſſet. Non contradicebant Regis edicto Senatores, ſed poteſtate Commiſſario facta, haud paucos Lutheri libellos conqviſitos, & civibus erepros, in foro Cibinienſi comburere permittebant. *Memoratur a fide dignis, in hac actione accidiſſe qvod dum libelli ſuperioris doctrinæ,* (ſunt verba Herrmanni ex MS. ſupra citato.) *per inquiſitores Commiſſarii, undiq; collecti, in foro Cibinienſi publicè comburerentur, in Conſpectu omnium Civium, Pſalterium medias inter flammas ardens, a vento in ſublime ſublatum, rectè ſuper caput Commiſſarii raſum qvi cum tripudio, in Proceſſu, circa majus templum inſtituto, primus incedebat, translatum eſſe, ejusdemq; Cranium tanto ardore exuſſiſſe, ut ſyncope correptus, titubare & ad terram inclinare cœperit; libellus vero hic mox*

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

mox eodem vento & tramite ad rogum iterum relatus in cinerem redactus dicitur, dum interea Commissarius Episcopalis, ad hospitium deportatus, tertio deinde die in vivis esse desiit. Hæc ille.

Qvid ex hoc casu vulgus sibi impresserit facilè videbunt, qvi vulgi animos norunt, factum certè ut qvi hucusqve clam Lutheri dogmata sua fecerant, jam palam se Lutheri asseclas profiterentur. Non deerant persvasiones qvibus miraculum erûere ex cordibus & mente allaborabant Papistæ, nil tamen ab exacerbatis præter contemptum & irrisiones obtinebant.

Et huic malo medelam qværebant, Monachi. *Rex* belli consiliis detentus non tantum sed obrutus, adiri non poterat, *Archi Episcopus* ergo d. 15. Augusti Anni 1524. Decanis & Plebanis Ecclesiarum mandabat, sub pœna majoris excommunicationis, ut singulis diebus Dominicis & festivis, publicè excommunicationis fulmen in Secta-

tatores Lutheranæ Religionis animosè & indefinenter pronunciarent, lectionem Libellorum Lutheri severiter inhiberent, repertos comburerent, & in rebelles, publice, alta & intelligibili voce anathematis sententiâ fulminarent.

Facile prævidebat *Salcanus* se vix qvicqvam hoc fulmine effecturũ, apud hos, qvi pro nugis talia venditabant, qvam primum igitur Rex conveniri poterat, Mandatum etiam a Rege impetrabat, qvo Judici Regio ut ferro & flammis Lutheranos perseqveretur, severissime injungebatur. Sed nihil edicta Regia, nihil publicæ decisiones valebant, imo Monachi *Georgium* Silesitam, ante *Monachum ordinis Prædicatorii*, cum alio *paupere Scholastico*, ut *in literis qværulantium* vocatur, *mox subjiciendis*, qvi ex *Saxonia* arrivarant, ad publicas conciones admittere cogebantur, & cum Scholam in qva Lutheri doctrina profiteretur, in ædibus *Johannis Hecht* qvi & *Czukas cognominabatur*, hodie das Wäden-Hauß adornarent, necessitate qvidem audebant.

Haaz Rezso Muzeum Tudományos Könyvtára
Sarajevo-Ilidža

debant. Præcipuus Zelus Mercatorum erat, qvi omni benevolentiæ genere sustentabant, qvotqvot doctrinam Evangelii prædicare suscipiebant.

Infelici fato *Johannes Clementis, Artium Bacalaureus*, in Monachorum funes inciderat, qvem igni tradere jam satagebant, & tradidissent, nisi Populus Senatusqve Cibiniensis, crudelitatem eorum inhibuisset. Tentabat excommunicationis fulmine ad obseqvium Ecclesiæ Romanæ reducere Cibiniensis, *Decanus Capituli, Archi Episcopi vicarius & Horrei Majoris Pastor*, Petrus Thonheuser: ast ideo tanqvam audaculus in maximũ vitæ discrimen incidens, vix precibus sese conservare poterat. Vibraverat enim fulmen in Mercatorem Cibiniensem, qvi præcipuus omnium esse videbatur, hic conductis qvot sufficere putabat, Satrapis, in Decanum Cibinio reducem verbis & verberibus vindictæ fulmen retorqvebat.

Hinc Rustici suis Pastoribus jam insultabant, oblegia consveta, & pullos Gal-

Gallinaceos decimales, annuatim solvi consvetos, denegabant, Aulici autem in Parochiis hospitando, ad victualia procuranda Clerum compellebant, aliaqve perpetrabantur, qvæ cum in qverelis Dominorum Capitularium fusius explicentur, suffecerit easdem subjecisse. Erant illæ ad *Archi Episcopum*, per *Plebanum* ab *officio remotum*, missæ, & hoc tenore conscriptæ.

In Civitate Cibiniensi, ubi fundamentum est Lutheranæ Hæresis, in domo Magistri Johannis Csukás, facta est qvædam Schola, per qvendam Scholasticum, ubi canitur Symbolum Nicænum Germanica lingva, & aliæ cantilenæ, Missam & alia officia Divina concernentia, uxor & vernulæ pueri & tota familia canunt & nituntur missam facere Germanicam. In domo ejusdem foveturunus Apostata, qvi fuit ex ordine Prædicatorum, nomine Georgius,

qvi dicit se absolutum ab habitu & religione, tamen hactenus non exhibuit absolutionem prædicatam, qvampræ se ferebat. Iste irreqvisito Pastore Plebano in Ecclesiis Filialibus prædicat, seducens Populum ab obedientia, à Jejuniis & Præceptis Ecclesiasticis, dicendo illa qvæ placent Populo, volens se ingerere ad officium Predicaturæ, & pecuniam non accipere, ita ut possit Plebem seducere, is minus est per Ambrosium Silesitam qvendam Prædicatorem Cibiniensem, ex partibus illis, ubi degit Lutherus, ut Populum retrahat ab Ecclesiæ Romanæ obedientia, & suorum Prælatorum Ecclesiasticorum. Idem Apostata manifeste gloriatur, se accepisse mandatum a Domino Magnifico Judice Regio, ut Cibinii maneat, donec ipse de Buda redeat, cum tamen Ma-

Magistratus totius Civitatis Cibinii, Decreto suo ad petitionem Dominorum Capitularium jusserit ut civitate exeat, ipse verò nihil curavit, & dixit animo improperante: Et si crepent Plebanus & Decanus, ac etiam Domini Senatores, ad despectum eorum, ego Cibinii manebo, timenda est seditio brevi. Adveniunt pleriqve istius pesimæ Sectæ Lutheranæ Homines, Professores & Clerici & Laici in civitatem Cibiniensem, nam ibidem foventur & diliguntur: Extra civitatem verò nullibi per totam Transylvaniam admittuntur, illi propter despectum Prælatorum Ecclesiasticorum ibidem honestè à Cibiniensibus tractantur. Senatus Cibiniensis sollicitat apud Plebanum, ut hujusmodi Prædicatores ad prædicandum admittantur, & cum non possit eis resistere

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Székelyudvarhely

ſiſtere Dominus Plebanus, neceſſe habet eos admittere, ita ut iſti Prophetæ aut mali Prædicatores Populum in errorem ducunt. Idem Apoſtata in conviviis Mercatorum & civium informat, & manifeſtè Evangelium fuiſſe abſconditum plusqvam 400. annos. Sacerdotes dicit nullam veritatem prædicaſſe. Chriſtianos eſſe liberos libertate Evangelica, non eſſe obnoxios inventionibus humanis & ſtatutis Patrum, etiam per hujusmodi ſacrilegas Doctrinas, ipſi Lutherani in prædicto Cibinio venerantur à Mercatoribus ferè omnibus, velut idolum, & tamen trahuntur cum optimo affectu ad convivia etiam ad altercationem usqve, cum qvo iſto vel iſto cive debeant cibum capere, ex qva officioſitate ipſi cœperunt cornua erigere. Item, deſtructa eſt ferè ju-

rè jurisdictio Eccleſiaſtica. Nam paucisſimi illam experiuntur, qvandoqvidem omnes propemodum vigore jusſionum, & minis ultimi ſupplicii inferendi forum declinant, dicentes, ſe habere Judices Seculares, ſe nolle coram Sacerdotibus litigare, & in cauſis merè ſpiritualibus, ut Matrimoniales & inter Clericum & Laicum, fundamentum iſtius diſſidii qvis ſit, orator dicet.

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

Item, Oratorem præſentem iſte Magiſtratus conſtituit privare beneficio ſuæ Plebaniæ, ſua duntaxat authoritate fruiturus. Apoſtatas tollerant, artificia Mechanica eos addiſcere permittunt, etiam Apoſtatis in ſacris ordinibus vel ſub Diaconatu exiſtentibus, & eis magnam habent complacentiam.

Reſonant cantilenam ſolitam in die Nativitatis Domini, & totius e-

jusdem solennitatis laudem, in maximam jucunditatem decantari, Lutherani mali homines Cibiniensis transmutarunt in lingvam Germanicam, in non modicum scandalum, immiscentes scurrilia verba, cum tamen illud Canticum sit à Principio justè & devotè in præconium recentis pueri nati Filii Omnipotentis Dei contextum.

In Ecclesia beatæ Elisabeth, in Civitate Cibiniensi, est qvidam Monachus Griseus, indoctus & ferè idiota similiter Silesita, qvi in omnibus sermonibus debacchatur in statum Ecclesiastici ordinis. Lutheranus hic fovetur ab ipsis Negotiatoribus, velut lucem propinans, cum tamen ferè omnes suæ prædicationes tenebræ sint & errores, nil nisi venenum Luthericum præ se ferentes.

Voca-

Vocamur ad prælium in Turcas, & mandatur nobis sub pœnis in congregationibus Regni Transylvaniensis descriptis, hoc est sub pœna capitis, & omnium bonorum, videlicet belligerare debeamus contra libertatem Ecclesiasticam, non curantes facere hujusmodi constitutiones contra Clericos, cum tamen ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt, sicqve multæ animæ ibunt in perditionem ex Pastorum negligentia, petunt humiles Capitulares Reverendissimæ Dominationis Vestræ salutare & acceleratum remedium.

Thesaurarius & alii Regni Aulici in Curias Plebanorum descendunt, victum ibidem pro se & pro jumentis distrahunt, consummunt, vi etiam rapiunt, Clericis dicas imponunt, cosqve mirabiliter vexant, minan-

Haász Károly Egyetemi Könyvtár, Budapest
Szekely Udvarhely

minantur etiam bonorum ſpoliationem, excommunicatio verò apud nos extincta eſt, & pro nihilo reputatur.

Plebanus Cibinienſis Reverendus Matthias Ramaſchi, non auderet ſub vitæ ſuæ privatione aliqvem renunciare excommunicatum. Decanum Capituli Cibinienſis Petrum Thonheuſer Paſtorem Horrei majoris, hoc eſt: Vicarium Reverendiſſimæ Dominationis Veſtræ, qvidam Negotiator Cibinienſis, uno aut altero eqvite in campo fecit circumveniri, anguſtari, terreri & moleſtis verbis tantum non verberatum Eqvites ipſum relinqverunt.

Eccleſiam qvandam Parochialem in parvo Horreo, Dominus Magnificus D. Regius Judex Marcus Peufflinger fecit violari, fores ejusdem violenter demoliendo, nulla Reve-

Reverendiſſimæ Dominationis Veſtræ, Vicarii habita authoritate. Nam adeo invaluit iſta Peſtis Lutherana, ut etiam in civitate, ubi Lutherus degit (teſtibus de his partibus venientibus & nobis referentibus) magis ſævire non poſſint.

Cibinienſes ſeducunt Populum in villis circum circa, & in Sedibus Saxonicalibus, inficiendo eosdem dicta Hæreſi perfida, ita ut ruſtici inſukent Paſtoribus eorum.

Ceremonias illas Sacro Sanctas in Feſto Palmarum & magnæ Sextæ Feriæ, omninò deſpiciunt, & benedictiones comeſſibilium die Paſchatis nihili facientes.

Villam unam Chriſtianam, nomine Bongarth, Cives Cibinienſes devaſtarunt, & Saxonibus mandarunt, ut dictam Villam exirent, & ita indirecte Plebanum Plebania ſua ſpo-

Ház Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

liarunt, qvi propediem cogitur stipem mendicare. Matthias Armbruster Consul Cibiniensis cum suis Subditis, Petrum Pileatorem Pastorem Bongarthensem vi ejecerat, & Clientem suum Georgium de Olzona in locum ejus suffecerat.

Oblegia consveta in qvatuor Festivitatibus Anni, Sacerdotibus non dant, sed nec pullos Gallinaceos decimales, imò qvando Domini Capellani Cibienses, de more antiqvo alias laudabiliter observato, vadunt pro dictis pullis colligendis, probris eos afficiunt, & verba stulta evomunt.

Die sanctissima Corporis Christi, & per totam Octavam prout ordinavit Sancta Mater Ecclesia, Plebanus Cibiniensis solennes facit Professiones cum corpore Christi, mane in summa Missa, & serò in vesperis

speris. Tunc pridem Cibienses non nulli blasphemiam magnam perpetraverunt & aliqvi dixerunt: Sacerdotes nostri credunt Deum factum esse cœcum, ex qvo tot luminaria incendunt. Alii dixerunt: Sacerdotes nostri arbitrantur Deum esse Puerum, qvi velit instar puerorum duci & portari in brachiis vetularum circum circa per civitatem, concludentes, esse stultitiam & Sacerdotum fraudulentorum deceptionem. Detrahunt Sanctissimæ beatæ Mariæ Virgini, exeqvias mortuorum explodentes, Horas Canonicas esse stultam temporis contritionem, volentes Sanctimoniales, & alias Personas religiosas á servitio Divino retrahere, dicentes Christum docuisse, non tantum orare,

Pater noster, qvi es in cœlis &c.

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

Et nunc in domo Magnifici (nimirum Regii Judicis Cibiniensis) manet Apostata, qvia de domo Domini Magistri Johannis Csukás ejectus est. Reverendissime Archi-Præsul, his molestiis fatigati oramus per viscera misericordiæ Dei nostri, succurrat nobis patrocinio Dominatio vestra, qvi etiam nimis atritti injuriis, hiscere vix valemus, seu hiare. Qvandoqvidem, si modo Reverenda Dominatio vestra, authoritatem suam silentio prætergressa fuerit, postea super Reverendissimam Dominationem vestram, & super nos indignos Capellanos fulminabitur illud verbum: Facti sumus opprobrium hominum & abjectio plebis.

Ad harum intellectionem notandũ accepisse ante has, fere eodem modo scriptas Archi Episcopum, qvibus irritatus, imprimis ubi omnem tam felicis progressus causam, in *Comitem* devolutam viderat, *Regi* extrema qvæqve

qve persvaserat, ut post habitis Turcarum copiis, Religionis negotium in *Transylvania* urgeret, *Comitem* cum omnibus hæresi addictis ferro flammis & rota perseqveretur, qvousqve ne vestigium qvidem eorum apareret. Sed impotentis animi judicium facile perspiciens Rex, cuncta promiserat qvidem, ne tamen majoribus turbis causam daret, Missis tantum literis, sub dato d. 17. Julii Anni 1616. *Comitem* officii admonuerat, annexa gratiæ Regiæ promissione, si deinceps sectæ illius homines, omni studio viribusqve perseqvi & injuncta pœna afficere adniteretur.

Non poterat mandato parere, qvi Regem potius hostem experiri, qvam conscientiæ suæ deesse volebat *Comes*, ne tamen rebellionis argui qviret, cum *Rex* per *Johannem, Comitem Scepusii, Provinciæ Vayvodam*, omnes Pastores & Scholasticos per Transylvaniam, relicto tantum uno Presbytero pro duabus Ecclesiis, sub amissione capitis, & confiscatione omnium bonorum ad

Erdélyi Múzeum Tudományos Könyvtára
http://epkvdvarhely.ro

bellum contra Turcam evocaverat, arrepta hac occasione, expeditionis bellicæ causa ad Regem proficiscebatur, religionis negotium ad reditum usqve differens.

Periculum & imminens calamitas severissimum hoc expeditionis bellicæ edictum Regi expresserat, post occupatum qvippe *Belgradum, antiqvorum Taurunum*, & *Hungarorum Nandoralbam, Savum & Dravum* annis superioribus transiens *Solymannus*, animosus non minus, qvam callidus *Turcarum Imperator*, nemine resistere auso, urbes proximas interceperat, rectaqve *Marsam* contendebat, qvæ *Regni Hungariæ claustrum* est & recentiori vocabulo *Czeckum* appellatur. Rex consilii inops, atqve exhausto ærario egens, imminente jam hoste, ut exercitu sufficiente hosti obviam ire, valeret, *sollicitatis Bohemorum, Moravorum, Silesiorum & Lusatiorum auxiliis, rogatisq. Clemente Papa, Carolo V. Imperatore, Rege Ferdinando, cæterisq. Germaniæ Principibus*, qvi in *Comitiis*

tiis Spiræ congregati erant, ut Hungaris in extremum discrimen adductis opem ferrent, hanc Transylvanorum militiam, his auxiliis exterorum, suisqve copiis addere volebat.

Ut ergo colligendis decimis, demurmurandis hymnis, qvos pleriqve non intelligebant, & Oeconomiæ adsvetos, armorum vero acerbiorisqve laboris imperitos, a tantis molestiis liberaret, comparatis ad iter necessariis, ad Regem proficisci ut instituerat, ita acrius instituebat, sed anteqvã eum adire poterat Comes victus interierat Rex, & Turcæ omnia depopulabantur.

Prævaluerat qvippe Procerum illorum sententia, qvi Regem hortabantur, ut imminente hoste etiam nondum adjunctis copiis auxiliaribus, Johannisqve Vayvodæ Transylvaniensis exercitu haud expectato, decertaret armis. Sed commisso prælio, multitudini hostium impar, turbatis agminibus, fuga salutem qværens & evadere cogitans, cum eqvo in paludem delapsus,

Haász Károly Tudományos Könyvtár Szekelyudvarhely

lapsus, tam fœdè perierat, qvam temere pugnaverat. Revera temeritas fuit, nondum submissis ex Transylvania, Slavonia, Croatia, Bojemia auxiliis, cunctas regni vires periculo objicere, præliumqve committere, qvod finiret libertatẽ, si clades acciperetur. Repetit inde ab ultimo initio regni in pernicie-em ruentis causas, *Nicolaus Isthvanffius Scriptor, judicio Magni Schurtzfleischii, scitus & integer*, clademqve *Libr. VIII.* describit.

Et hæc internecina illa clades est, qva Hungaria sub Turcarum jugum missa hucusqve gemuit, & jam vix, *invictissimi* LEOPOLDI, & JOSEPHI auspiciis respirare incipit. Maximi post illam clades Turcarum erant successus, luctuosis omnes animis Regem floremqve gentis perditam deplorabant, Budam, panonico terrore percussa Regina, deserebat, & sic Regia, præsidio nudata, ingruenti hosti, ne resistere qvidem audebat, qvam cum subjecto agro diripiebat, omnia ferro igneqve

qve vastabat, multis hominum millibus, partim cœsis partim in captivitatem abductis, imo tota Hungaria barbarorum injuriis obnoxia erat, nisi Solymannus vicisse & vastasse contentus, relictâ sine præsidio Buda, ad motus in Natolia componendos discessisset. Liberare qvidem sic relictam potuissent, ast cum consilium de Rege eligendo inibant, Proceres, in diversas sententias euntes, odiis suis & regnandi desiderio, Turcarum jugum jam ipsi sollicitabant.

Haáz Rezső Múzeum Tudományos könyvtára
Székelyudvarhely

Albam Regiam pleriqve Regni Proceres confluebant, de Rege & Regni conservatione consultaturi. Una ferè vox & sensus erat omnium, liberam fuisse semper gentem Hungaricam, hujus libertatis in eligendo præsertim Rege maximam vim esse ac præstantiam: majorum suorum iniqvam fuisse sententiam, qvi mortuo Matthia, alienigenam Regem induxissent; hinc tantas calamitates & regni ruinam dedecusqve profectum esse; qvid deinceps

ceps in alieno Principe ſpei ponere deberent, ex præteritis documentis eluceſſere. His ergo moti, qvi aderant JOHANNEM *Scepuſium*, hactenus *Tranſylvaniæ Vayvodam*, jam tum in agro *Tokaienſi Regem proclamatum*, ſibi eligebant, & per manus Johannis de Varda, qvem Archi Epiſcopum Strigonii Johannes declaraverat, miniſtrantibus Stephano Broderico Epiſcopo Vacienſi, & Johanne Statilio, qvem ex Præpoſito veteris Budæ Epiſcopum Albæ Juliæ fecerat, ſolitis ceremoniis Regii faſcibus ornabant.

Reliqvi Procerum, qvi deerant, inter qvos præcipuus erat Palatinus, cui odium capitale cum Johanne intercedebat, in Comitiis Poſonium convocatis, ex Favore in FERDINANDUM *Auſtriacum*, ANNAMqve *Conjugem*, hunc Regno dignum pronunciabant, qvippe ad qvem jure pacti & connubii pertinebat. Qvemadmodum itaqve ſolem unum Mundus tantum fert, ita corona Hungariæ duobus capitibus inſi-

inſiſtere non poterat, nec Regnum duos Reges ferre, hinc inteſtinis bellis qvod ſupererat Regni perdebatur. Nullus Regum, cauſæ ſuæ deeſſe volebat. Ferdinandus adverſarium, metu magis qvam amore, electum putabat, armisqve eum perſeqvebatur, tam felici ſucceſſu, ut capta Budà qvam Johannes adventante Ferdinandi exercitu deſeruerat, ex Hungaria & Tranſylvania in Poloniam, Scepuſium pelleret, in illisq; oris præſidium qværere adigeret. Non ſuccedebant hic ex animi voto Johanni qvæſita præſidia, ad Turcarum ergo auxilia converſus, abjecta malorum qvæ ſecutura eſſent cogitatione, in Solymanni fidem ſe dabat, regnumqve ambitione ſua denuo perturbatum, in pacis ſalutisqve diſcrimen adducebat, a qvo etiam reductus, Ferdinando regnum eripuit, Turcoqve tradidit.

Interea Comes, ob infelicem pugnam, ne patriæ deeſſet, Cibinum redierat, ubi Monachi Edictum Regis ulti-

Made in Szekelyudvarhely
Székelyudvarhely udomanyos Konyvtara

ultimum, non modo Articulis Comitiorum, qvos Ludovicus in Campo Rakos sanciverat, his verbis: *Lutherani omnes de regno extirpentur, & ubicunqve reperti fuerint, non solum per Ecclesiasticas sed etiam per seculares personas, libere capiantur & comburantur*, insertum, sed post oblatas qverelas, speciali mandato, ad exequendũ, Comiti injunctum, urgebant, & Senatum Cibiniensem ad proscribendum ex urbe *Silesiam* adegerant. Vix in tanto discrimine authoritate Comitis *Georgius* cum Collegis sese tutari potuerat, nec potuisset, nisi Senatus exitum ejus, ob seditionẽ metuendam, urgere destitisset. Post felicem & exoptatum reditum vero, omnes conatus Monachorum irriti erant, qvod maximo Zelo reformationis negotium urgeret Comes, & Silesium domo propria aleret, ubi tutus publicè docens, hos etiam qvi adhuc Papicolis adhærebant, in Lutheranorum castra trahebat, unde non solũ Cibinii, sed & in aliis

aliis Transylvaniæ locis Lux Evangelii coruscare incipiebat.

Afferrebantur rumores de electo novo Rege, apud hunc, novos successus sibi promittebant Papicolæ, nec fallebat spes, dum enim proventus Ecclesiasticos iisdem surripere & non nisi qvi ad sustentationem Clericorum sufficiebant relinqvere cogitabat, novo fulmine subministrato in Lutheranos sævire permittebat, & ut ferro flammisqve perseqverentur jubebat. Scriptum est Mandatum d. 21. Jan. Anni 1527.

Szabó Rezső Múzeum, Tudományos Könyvtára
Szabó Rezső múzeum

Elati hoc mandato Senatum ad perseqvendum Lutheranos, nullo persvasionis genere omisso, mox precibus mox minis, adigere tentant, sed qvemadmodum Novi Regis Electio innotuerat, ita & Procerum disidia Cibiniensis non latebant, hinc ignari cujus partes amplecti debeant, mandatum exeqvi nec volebant nec consultum putabant, potius qui fere omnes doctorem Lutherum, ejusqve ex sacris scripturis repurgatam doctrinam,

nam, jam seqvebantur, illud toti agebant, ne impediri a Monachis posset reformationis negotium, qvod facile si ex civitate ire juberentur fieri posse sibi persuadebant. Rex de Sceptro cum Ferdinando decertabat, nec Clericorum res promovere poterat, & Archi Episcopus, non nisi literis impotentibus præsidioiis esse poterat. Imo mox victus castrisqve exutus Rex, Transyluaniam Ferdinando relinqvebat, quam occupatam, & per Alexium Bethlen in fidem receptã, hic in religionis negotio nullo modo impediendã asserebat, sed cupidissimus corrigendæ atqve constituendæ Religionis, ut adhibitis moderatis judicibus negotium fidei omnium amore componere, utrinqve de jure humano, vitioqve per odium collecto, qviddam in optatam concordiam remittere, singulorum offensas deponere & rectis animis, sana voluntate, deliberatis judiciis, studio cœlesti, & beneficio in qvem-

qvemqve parato componere velint, Papicolæ & Lutherani, mandabat.

Incubuisset omnibus ad colloqvium sese offerre, sed Papicolæ, non nisi ferro & flammis transigendum putabant, & ut Lutherani ex Urbe pellerentur juxta edicta Regia postulabant. Pronum ad talia experti fuerant Johannem, a Ferdinando vero qvippiam sese obtentu ros desperabant, qvi lege latâ, ad colloqvium ipsos amandaverat. Spem ergo concipiebant ex felici Stephani Bathorii successu, qvi exiguis copiis a Johanne ex Polonia missus, in Transylvania aucto exercitu, Ferdinandi Regis copias profligârat, & Nicolaum Grendi Cibinium fugaverat, nunc in Schäsburgensium obsidione obtentus æqvale etiam Cibiniensibus minabatur, qvo currus & eqvos rhedales, etiam a Perrenio, ut adornarent Clerici mandata accipiebant.

Facile perspiciebant Cibiniense qvantum periculi ipsis, Ferdinando tam procul dissito, immineat ne cum dupli

Haáz Rezső Múzeum - Tudomány és Könyvtár
Szekely Udvarhely

dupli ergo hoste confligere necesse haberent, re maxime intentis oculis, ut ajunt contemplatâ d. 18. Febr. Anno 1529. omnes Monachos, & qvi cum eis Papæ dogmata seqvebantur collectis reculis, intra octiduum sub capitis pœna, urbem excedere, aut Religionem Papisticam ejurare, jubebant, qvo edicto percepto, intra triduum non videbatur, qvi amplius Papistis assensum præberet.

Hujus rei fama per Transylvaniam diffusa, magnùm & incurabile vulnus Ecclesiæ Romanæ infligebat, ubiqve enim de exturbandis Monachis, & introducendis Lutheranis mussitabant incolæ, cum autem deessent qvi docendi munus subirent, religionis principia a Cibiniensibus haurire avebant, & hausissent, nisi Bathoreus post Schäsburgensium sub urbia exusta, infestis signis Cibiniensium agros vastasset & mox obsidione arctiori urbem cinxisset. In Barcia eqvidem altas etiam conceperat radices Religio, sed Turcarum

rum cum Valachis facta conjunctio, & inopinata in Transylvaniam irruptio, omne convenienti commercium intercipiebat. Statilius tum etiam Episcopalē dignitatem possidebat, *Albæ Juliæ*, qvam *JOHANNES Rex* ei obtulerat, *Natione Dalmata, Vitâ, insignis Epicuri de grege porcus.* Non eum latere diu poterat animus incolarum, qvem qvotidie vel verbis, vel minis prodebant, gnarus ergo, qvod *Chor-Episcopus Cibiniensis* sive *Vicarius Archi-Episcopi Strigoniensis* nec mandatis Regiis, nec anathematis atqve excomunicationis fulmine qvicqvam effecisset, nemine reqvisito, pro ea, qvam habere putabat potestate, in omnes gravi pœna animadvertebat, qvotqvot vel colloqvium Lutheranorum, vel Libros orthodoxos postulabant, imo qvicqvam tantum loqvebantur, qvod ex Lutheri Schola prodiisse putabatur Et ut in Religione Papistica, suos confirmaret, nullius non sceleris reos Lutheranos accusabat, *Sacerdotem autem qvi ex suggestu ad populum verba*

Kiadó Kozsó Mihály Egyetemi Könyvtár Szeretettel ajánlja

verba fecerat, carnium esum esse rem aliqvam mediam, nec in scripturis prohibitam, immani supplicio affligebat. Scilicet plurimis verbis objurgatum, ad carcerem damnabat, ubi a stimulis carnificum tradito, a mane ad vesperam supplicium virgarum sumebatur, usq; dum Episcopus novum supplicium, qvo miserum mactaret, inveniret. Reperto hoc, plagis confectum, a lictoribus ex carcere trahebat, leporibus, anseribus & Gallinis vivis circa corpus undiq; pendentibus, onerabat, instigatisq; canibus, per civitatum plateas pellebat, a qvibus dilaniatus misere periit, spectaculum multis triste, sed ridiculum impiis factus. Herrman. l.c. ad A. 1533.

Et sic modicis passibus Reformatio serpebat ad ejus obitum usqve, qvem post prædictam crudelitatis scenam exactam, Deo vindice, reperit, paucos enim post dies, conscientiæ angoribus afflictus, & ad insaniam redactus, eodem Anno 1533. d. 4. Novembr. miserrime extinctus est, haud dignam Episco-

scopo vocem eructans, *Vixi ut sus, morior or ut Canis.*

Eo vero extincto, exsurgebant qvi terrore ejus præ metu conciderant, & in signem Præceptorem nacti, virum in omni disciplinarum genere versatissimum M. *Johannem Honterum*, Ecclesiarum Transylvanicarum repurgationem meditabantur.

Redierat hic in Patriã *Basileá*, qvo Studiorum causa sese contulerat, & Reformationem ejus præmeditatus, propriis sumptibus Typographiam & Typographos conductos, introduxerat, per qvos, variis opusculis scholasticis ad emoliendos hominum animos, utilitati publicæ jam consulebat. Mox Lutheri libellos & Augustanam Confessionem prælo subjiciebat, aliis opusculis, qvi ante hac non nisi ex Germania parcè & magno precio comparari poterant, Transylvaniam instruebat, animosqve incolarum ut mansvetiores ad addiscendas disciplinas, ita facilio-

Haász Károly Múzeum Tudományos Könyvtár
Csíkszeredavárosi Múzeum

res ad amplectendam veritatem reddebat.

Imprimis Senatus Coronensis ardore atqve pietatis Zelo, nec non egregiis in Rempublicam *Honteri* meritis excitabatur, ut rerum Divinarum curam Religionisqve negotium eidem committeret, qvi, adjuncto sibi *Matthia Calvino*, (*& Glaezius qvibusdam audit*) Viro & audaciâ & melioris doctrinæ cognitione, & extemporali facundia excellente, ex *Capitulo Rupensi machinationibus* STATILII, dum in vivis esset, qvod nihil non agebat, ad Papatum abolendum conducens, ex pulso, *M. Valentino Wagnero Coronensi Lingvæ Græcæ imprimis peritissimo, & Johanne Fuchsio* eo tempore Reipublicæ Coronensis Dictatore, Viro & vitæ & morum integritate insigni, *Reformationis, Libello* adornato, in qvo veræ atqve repurgatæ doctrinæ fundamenta delineata, palam omnibus legenda proponebat, felicissimo sucessu *Barciam* totam in Lutheri castra trahebat, *Ad ipsam privatam*

privatam abrogabat & Anno 1542. Mense Octobri *Sacram Cœnam sub utraq; specie administrari curabat.*

Cedebat tum Transylvania ISABELLÆ, *Regis Johannis Uxori.* Nam post varias de sceptro decertationes, *Johannes Rex, Franciscum Frangepanem Archi-Episcopum Colocensem ad Cæsarem* miserat, sanciendæ pacis ergo. Cæsar *Lundensi Episcopo* ad Fratrem misso, ne conditiones pacis respueret admonens, his conditionibus pacem procurarat, ut suo qvisqve præsidio tueretur, qvas urbes & arces in potestate sua haberet, *Ferdinandus Johannem*, qvem antea *Vayvodam* seu *Palatinum*, vel *ut Schurtzfleischius, Historicorum facile Princeps vult, Præfectum* appellarat, Regem agnosceret, & *Johanne* ex vivis exempto, *Ferdinandus* Regno potiretur.

Obtenta pace *Johannes*, Rex nullo non adversitatum genere exercitatus, jam qvietis studiosus, de ineundo matrimonio consultabat, missisqve Legatis *Stephano Broderico* & *Verbeisio*, ISABEL-

Hans Erich Müzeum Tudományegyetem

BELLAM *Sigismundi Regis Poloniæ filiam* obtinebat. Dum vero *Albæ* inauguratio Novæ nuptæ, Nuptiarumqve solenitas peragebatur, *Stephanus Maylath* & *Emericus Balassa*, qvem alii *Cibakum* vocant, novis adversus *Johannem* conspirabant consiliis, *Transylvaniamq;* sibi vendicabant, qvapropter Rex *Budâ* exercitu conscripto, Reginâ gravidâ relictâ, in *Transylvaniâ* movebat, & indicto *Thordam* conventu, specialibusqve ad conjuratos literis missis, ut Regni Proceres omnes adessent mandabat. *Maylathus* male sibi conscius in arcem *Fogaras* se recipiens, præsidio munitus, eventum conventus præstolabatur. *Balassa* vero pœnitudine ductus, pullato amictu, ad Regem veniens, veniam cum *Kendio* impetrabat.

Videns ergo Rex *Mailathi* animum, soluto conventu partem copiarum ad eum obsidendum mittebat, partem ad occupandas *Kendii* arces, *Mailathi* præsidio instructas, dirigebat, ipse haud exiguo stipatus satellitio, valetudinem

dinem qva laborabat curaturus, *Szaszsebesium* se conferebat, qvo delatus, lætum de felici Reginæ partu nuncium accipiens, liberaliusqve mero & affectibus indulgens, a febre in qvam exhinc incidebat Anno 1540. d. 12. Julii Anno ætatis LIII. extinguebatur, postqvam *filium, testamento hæredem, sub tutela Episcopi Varadiensis, Georgii Martinussii Croati, & Petro-Vicchii, denominaverat*, cujus etiam capiti corona insolemnitate Patris funebri Albæ esi imposita.

Ferdinandus pacticum Johanne initi memor, armis qvod verbis non poterat sibi vendicandum Regnum putabat, conscriptoqve exercitu, aliqvot locavi sibi asserebat feliciter, usqve dum Regina *a Solymanno* auxilia accipiebat, qvibus Ferdinandi cohortes profligabantur, & Regina, spe humanitatis & clementiæ delusa, ac specie infaustissimæ Clientelæ decepta, sede Regia excludebatur, Regnoqve exuebatur. Post varias qvippe consultationes, per Chausiorum Magistrum, *Solymannus* Reginæ nun-

Szabó Ferenc Szécsényi Tudományos Könyvtár
szekelyudvarhely

nunciabat, se urbem, (Budam) & arcem sibi retenturũ, donec puer adolesceret; eo qvod ipsa contra Germanos hostes, eam tueri non posset, sibi vero grave molestumqve foret, qvotannis cum exercitu ad eos arcendos advolare: igitur decrevisse, ut ipsa cum filio Transylvaniam provinciam haberet, simul cum Ungariæ inferioris parte, ac Lippæ & Temes varii ditione, atqve iis qvas Johannes superstes obtinuisset, salis & aurifodinis, qvæ in finibus Poloniæ, Sigismundo Patri vicinis, qvod ei haud mediocri solatio esse qveat, in Maramarusio habentur, *Georgium Monachum* uti Johannes moriens mandaverat, tutorem & Regni administratorem futurum: *Petrovicchio Temesvarii* Præfecturam ratam fore, se daturum currus & sarcinaria jumenta, qvibus tota Reginæ suppellex Lippam usqve deferatur: posse illinc in Transylvaniam pervehi. Velle etiam ut tormenta omnia, bellicusqve apparatus & commeatus in urbe & arce relinqvatur.

tur. Concessurum super his fidei suæ diplomata, qvibus pupillo caveat, se ei Budam redditurum, qvum ad idoneam regno administrando ætatem, Deo juvante perveniret.

Qvibus intellectis Regina multis lachrymis & gemitu, Tyranni perfidiam tacitis votis detestata, necessitati cedere arceqve excedere & in Transylvaniam iter suscipere cogebatur. Isthvanff. l. c. p. 158. col. b.

In Transylvaniam translata, obstupescebat ad tantum doctrinæ Evangelicæ Lutheranorum progressum novus hospes. Instinctu ergo *Georgii Martinussi*, Comitia Regni Transylvaniæ Generalia indicebat Claudiopolim A. 1543. ut & de Regni Conservatione cũ Proceribus consultaret, & Religionis negotium iisdem proponeret, ad qvæ speciali Mandato cũ Coronensibus Reformator eorum Johannes Honterus personaliter, evocabatur. Qvod maximum subituri essent discrimen, augurabantur Coronenses ex crudeli Æditui Va-

radi-

Szegedi Tudományegyetem Könyvtár

radinensis combustione. Impegerat hic pio Zelo alapam mulieri statuam religiose adoranti, cum in ingressu cum Regina Georgius Varadini, commoraretur, ut ergo, Episcopus illius Loci, Zelum qvem præ se ferebat demonstraret, ad rogum eundem condemnabat, & flammis ei vitam rapiebat.

Freti tamen Dei auxilio, *Johannem Fuchsium*, *Judicem*, duobus Senatoribus comitatum, & *Matthiam Calvinum*, loco Honteri, ad evitandas, qvas ei struxerant vitæ insidias domi relicti, cum *Jeremia Jackelio Pastore Coronense*, *Nicolao Stephani Pastore Rasonensi*, & Valentino Heltvimanno mittebant, qvo evocabantur, ut & de instituta reformatione rationem redderent, & aqud Reginam de publico exercitio Religionis purioris, interpellarent.

Aderant jam omnes, cum *Martinusius*, ut suam pro asserenda Curiæ Romanæ authoritate, fidem gnaviter probaret, Lutheranæ Religionis Doctores, rogo imponere & cremare postulabat,

labat, sed *Urbanus Batyani*, Jovio historico celebris, Reginæ Consiliarius, *Michael Csaki, itidem Reginæ Consiliarius & Adrianus, Medicinæ Doctor, Archi-Diaconus Dobocensis*, accuratiori consideratione rem dignam esse asserebant, & ut ad Colloqvium admitterentur, interpellebant, qvo cum & reliqvorum animi propenderent, tandem instituto colloqvio, ad exemplum, Theologorum Wittebergensium Saxonicorum, Augustæ patratum, in omnibus ad solam Scripturam sacrā recurrebant Lutherani & ex hac veritatem demonstrabant, adversariorumq; ex Patribus, Conciliis & Traditionibus prolata oracula masculè redarguentes, opprobrio omnium exponebant. Nocte inseqvente diem, qva hæc acta fuerant, in aulam denuo evocabantur, & promissionibus minisqve ad amplectendam Religionem Pontificiam sollicitabantur Lutherani, sed se in semel agnita veritate permansuros constanter asserebant. Extrema tentare cupiebat Martinusius,

Szeged Tudományegyetem Könyvtára

tinusius,& tentasset,nisi Consiliarii jam nominati vim omnem inhibuissent, salvosqve ad suos ut redire Lutheranos juberet monuissent, qvo factũ ut cum mascule omnes Papicolarum Sophisticationes elusissent,tandem, illæsi Dei sub tutela, Coronam redirent, haud paucis Procerum relictis, qvi pro nugis Papistica dogmata, Lutheranam vero Religionem pro Dei oraculis suscipiebant.

Sic feliciori successu qvam pleriqve speraverant,finitâ expeditione, omnium Ecclesiarum Saxonicarum Reformatio subseqvebatur. *Schæsburgi* Anno 1544. *Lucas Crocaus, patefacto Monachorum qvorundam stupro & homicidio, in propugnaculo qvod Curiam cingit patrato, emigrare omnes Papicolas jubebat, instituragq; Concione verbum DEI, rectumqve Sacramentorum usum introducebat. Kysdini Ægydius* ibidem *Pastor*,ejurata Pontificia Religione, repurgabat Ecclesiam, summa industria, & singulari animi candore, dogmata purioris religionis Auditoribus suis instillabat. *Muschna*

na Vincentius Auri Fabri idem præstare adnitebatur, sed impeditus a *Francisco* qvodam, *Canonico Albense*, *Episcopi Albensis Vicario*,tum demum pro voto rem exeqvebatur, cum *Franciscus* loco ab incolis pulsus, *Kisselkini* præsidium qværere cogeretur, ubi *Hangasius* voti sui compos,qvotidie plebi articulos fidei proponebat, & *Francisco* viam alibi divertendi patefaciebat. *Reichvinienses* audita *Francisci* sorte, vicinorumq; facto,ex Ecclesia sua etiam Monachos exire jubebant,& *Glatzium* sibi *Pastorem & Reformatorem eligebant. Birthalbini Franciscus Salicaus*, *Media Bartholomæus Altenbergius*, *Bistricii Albertus Cesarius*, *Heidendorffii Adamus Pomarius*, *Lechnicii Christianus quidam*, *Sabesii Jacobus Mellenbrigerus*, aliiqve alibi reformationem ut urgebant,ita feliciissime obtinebant, ut ad annum usqve 1545. absolutam Saxonicarum Ecclesiarum reformationem Martinusius videre cogeretur, cum omnibus qvi authoritatem Papæ tueri satagebant.

Haáz Károly Múzeum - Tudomány és Kultúra Szekely Udvarhely

Interea & apud *Hungaros, Siculosq;* opera variorum maximum incrementum sumserat religionis negotium. Claruerat qvippe Anno 1529. memorabilis Domina, relicta vidua *Petri Jaxit*, qvæ in reformandis subditis suis, tam in citeriori qvam ulteriori Hungaria, præcipue in Districtu interamni, qvi *Chryso* hinc & inde Marisio clauditur, miro Zelo flagraverat, & cum eo tempore rariores essent viri docti, qvi Gregi Christi præirent, eorum numerum ex facultatibus suis liberali impensa auxerat, Papai l. c. Anno 1530. *Stephanus Kapacsi* & *Michael Sztarai*, antiqvissimæ stirpis Heroem *Petrum Perenxium* Virum Magnificum, hac luce bearat, cujus exemplo haud pauci, eidem cætui sese adjunxerant. Nobile oppidum *Uihelynum*, ad Bodrogum amnem situm, Anno 1531. opera *Michaelis Szilvasi*, *Andreæ Batizi*, *Matthiæ Devai*, & magni Evangelicorum Patroni, Gaspari Oragsii reformationem in jubilo Spiritus exceperat. Seqventibus Annis

nis variis in locis in eadem Palæstra desudarant, Sebastianus Carolinus, Ludovicus Szegedinus aliiqve plurimi, qvos ratio instituti non fert, ut adscribantur.

Et cum Coronæ multi *Græcorum* commorarentur, Anno 1544. Doctissimus *Vagnerus*, *Græcam Catechesin* jam in eorũ usum prælo subjicebat haud sine maximis Universitatum Germanicarum Gratulationibus & approbationibus, eorumqve, in qvarum usum composita erat, emolumento.

Soli *Valachi* nihil de hoc lumine participabant, qvorum sacrificuli, nimis indocti, & vix cantiunculas suas consvetas legere valentes, novos ritus & dogmata respuebant, suaqve qvæ hactenus crediderant, constanti animo retinebant, & adhuc retinent.

Absolutâ itaqve Dei clementiâ & benignitate, Ecclesiarum Saxonicarum Reformatione, & Ministrorum purioris doctrinæ numero crescente, ut, certam Confessionis formulam, qvâ

Hadz Rezső Múzeum Tudományos Egyesület Székelyudvarhely

qvâ tanqvam Fratrum Symbolo, a secus sentientibus discriminarentur, conscriberent, & cuncta decenter fierent, *Mediam*, Saxonum Transylvaniæ oppidum, A. 1545. Synodum cogebant, *communi consensu Lutherani, & Augustanam Confessionem, pro norma Confessorum, & professionis fidei secundum qvam, cum e verbo Dei sit desumpta, omnia alia scripta judicare & accommodare oporteat, qvatenus probanda & recipienda sint in eorundem Ecclesiis, deligebant; Ceremonias ut in Saxonia observantur, observandas ordinabant, Ecclesias, supervacaneis altaribus oneratas, unico reservato, ornandas constituebant, Decimas qvas Jus Divinum & Regium iis concesserat Ecclesiis, a Laicis autem sibi offer-*

offerrebãtur, Jure accipiendas, tanqvã Ministris debitam sustentationem, dicebant, & concordiam unionemqve omnium Ecclesiarum, ut conjunctim ab uno Episcopo seu Superintendente Generali dependerent imbant. Et hoc: Antiqvitus enim cum omnes Ecclesiæ Transylvanorum duobus Episcopis parerent, contentiones haud exiguæ, ob taxas & contributiones Vayvodæ persolvendas oriebantur, ne ob viles itaq; causas litibus ansa daretur, unde majus damnũ attrahere sibi possent, consultum erat, unanimi consensu controversiam decidere. Cibinienses eqvidem jure suo in posterum etiam se uti velle asserebant, sed re melius pensitata, tandem in hæc conventũ est: *Cibiniensis Decanatus cum pertinentiis seu adhærentibus, ex sede Schenck & Loesch Kirch, in publicis taxis*

onus

Hadaz Kerzsébet Szabó Tudományos Könyvtára
Szabó Judvárd

onus unius & dimidii Decanatus ferant, ut ex Actis publicis, qvæ in Arcis Capitulorum passim reservantur, videre est.

Eodem consilio Hungari Synodum Erdœdinum, castrum non procul a *Nagy Banya* situm, tutissimum ministrorum reformatorum, ob summam *Dragsii*, qvi maximè iisdem patrocinabatur authoritatem, asylum, convocabant, conscriptisqve 12, Articulis, *1. de Deo, 2. De Mediatore, 3. de justificatione coram Deo, 4. de fide, 5. De bonis operibus, 6. de Sacramentis, 7. de Cultu sacramentali, 8. de Confessione peccatorum, 9. de Libertate Christiana, 10. de Capite & ordine in Ecclesia, 11. qvod jussu Dei facta sit Ecclesiæ a Pontifice Romano defectio, 12. Qvod in reliqvis punctis idem sentiant cum vera Ecclesia, qvemadmodum in Confessione fidei, Augustæ Vindelicorum, Carolo V. Imperatori exhibita, descripta sint, Symbolum eosdem constituebant.*

Extre-

Extrema qvæqve tentare satagebat *Martinusius*, cum perciperet, sine ullo metu, purioris doctrinæ Confessores Synodos congregare, ut qvæ tantas radices in Transylvania acceperat, Religio Lutherana, penitus eradicaretur, & tentasset, nisi reliqvorum Procerum, qvorum pleriqve ipsi, ad meliorem sententiam revocati, resipuerant, obstitisset potentia.

Præcipuus horum erat *Urbanus Batjani*, qvi omnes Monachi conatus infringebat, hunc ergo conducto ad pessimum facinus, optimi Viri famulitio, veneno scelestè tollebat Anno 1546. extinctumq; & a Regina, qvod vetutissimo atqve Nobilissimo Hunnorum genere prognatus, spectatæ etiam eruditionis, virtutis & immotæ in Reginam fidei vir fuerat, funere satis amplo in Basilicam Albensem sepultum, cum Regina doloris causa alio evocata, Albam exierat, ut scelus scelere illustraret, per Franciscum, Canonicum Albensem, jam apud Monachum com-

Hajdú Kerület Múzeum Tudományos Könyvtár

commorantem, effodi, in fimum transportari, ac ibidem ſepeliri curabat, cum nihil aſperius deteſtabiliusqve metu Reginæ in pie defuncti cadaver auderet.

Confecto ſcelere, præmeditatam perſecutionem jam proſeqvi volebat, dictataqve Coloſvarienſibus, magna æris mulcta, qvod *Gaſparus Heltus* Paſtor ibidem, cum Synergis, *Omlatio Hungaro Paſtore*, & *Georgio Vizackmanno Ludi Rectore*, qvosdam Libros Scripturæ Sacræ, ex Latino & Germanico, Idiomate Hungarico donaſſent, initium faciebat. Annis ſubſeqventibus ſæpius eandem repetebat, & præmia uberrima pollicebatur, ſi qvispiam docentium Capita ſibi deferret, cum vero Proceres reliqvos a factis ſuis abhorere, & Imperium ſuum reſpuere intelligeret, fama hæc aliorum conſiliorum eum admonebat, animumqve ad alia avocabat.

A. 1549. cum itaq; Tranqvillitas qvædam Eccleſiis ſuborta videretur, Hungari

gari ſecundam Synodum convocabant Tornam, ubi ne a Doctrina in melius mutata, mores Miniſtrorum alieni eſſent, conditis XIII. Articulis de officio vita & veſtitu decenti cautum eſt. *Papai l.c.* Saxones vero Honterum ſuum maximo omnium dolore expiraſſe percipere cogebantur. Qvem luctum maxima mox calamitas, ex fatali Regni mutatione orta, qvæ extrema qvæqve Eccleſiis minabatur, excipiebat.

Rapuerat ſibi Monachus Comitatus ab Hungaria diſtractos, arces qvasdam Tranſylvaniæ, variis artibus elusa Regina, ſuas fecerat, & Johannis ex ephebiis excedentis indolem Regiam metuens, clam ad Ferdinandum defecerat. Petrus Petrovitius Tutor Reginæ & Pupilli, Monacho pari poteſtate Johannis teſtamento collega datus, Vir qvidem ſimplex, & ab omni ambitione procul, ſed tenacitate ſingulari, qvod videret Reginam & pupillum inania nomina eſſe, Georgium impe-

Házi Régi Magyar Tudományos Könyvtára
Szentimrevarhely

imperio potiri, rerumqve omnium summam ad illum respicere: opes censusqve Regni non in publicum redigi, nec pupillo ad futuros usus cumulari; sed omnia a Monacho pro libidine administrari, urbes & copias militares ab ejus nutu pendere, qvi cæptis ejus obstarent, variis circumventos artibus opprimi, &c. tantum ut Ferdinandi Res melius promovere qviret: consilio cum Regina atqve iis, qvos pupillo imprimis fidos putabat, communicato, auctor fuerat Georgio svasorq; ut delectis ad custodiam, ærarii, probatæ fidei & industriæ viris, pecuniam, qvæ ex fodinis auri, salis, argenti, ac vectigalibus & liberarum civitatum censibus perveniret, ad pupilli adultam ætatem congerendam pateretur: verum Georgius, re dissimulata, nimiũ qvantum exacerbatus responderat se officio suo hucusq; nunqvam defuisse, nec unqvam defuturũ fore. Qvæ postqvam ad Reginam delata essent, cui omnium optime constabat sibi verba tantum dari, & præter Regii nominis Ti-

titulum, sibi nullam superesse potestatem, vehementer eam commovebant, mox ex Transylvania Lippam migrare mox in Poloniã ad Matrem se recipere cogitabat & Anno 1550. recepisset, nisi Reginæ Mater, prævidens qvid ex absentia filiæ oriri posset, eam a cæpto abduxisset, & Georgium officii pupillo debiti admonens, ad bona verba compulisset.

Meliora sperabat Regina, sed mox maximo cum damno se deceptam deflere, perfidiamqve Monachi detestari votis suis cogebatur. Vix enim in gratiam receptus erat, ubi ad Ferdinandum, qvi, si operam in provincia & corona tradenda strenuam navaret Monachus, Archi Episcopatum Strigoniensem, & interpositionem apud Pontificem pro cardinalatu conseqvendo, ei pollicebatur, deficiebat. Latere Animus Monachi Reginam diu non poterat. Certior autem de perfidi Tutoris machinationibus facta indictis Claudio polim Comitiis multum de

Határ-Tudományos Tudományos Könyvtára
Szerkesztőbizottsága

de ejus cum Ferdinando Rege consiliis conatibusqve qværebatur, literisqve Solymannum easdem edocebat.

Solymannus negotio Budensi Purpurato dato, ut Reginæ succurreret mandabat; Regina, sub ducibus Losontio & Patotio militem conscribebat, cumq; Petrovitio qvi ex Thracibus eqvitum alas & cohortes evocaverat, ut sese conjungerent mandabat. Georgius qvi sibi etiam deesse nolebat, exercitum temere conflabat, unde variæ clades datæ acceptæqve sunt, usqve dum annuente Solymanno, & ultionis tempus differente, rursus Monachus cum Regina in gratiam rediret.

Cum tandem & hæc concordia, infirmis nixa fundamentis paulo post corrueret, & Monacho, accersitis ex Germania copiis, armato esse contigisset, Regina undiqve pressa, transigebat cum Ferdinando, eiqve Transylvaniam cum jure Regni Hungarici certis conditionibus cedebat.

Voti

Voti sui jam compos Martinusius, Papismum in Transylvaniam reducere satagebat, Franciscum, Muschnâ nuper & Kisselkino expulsum, Episcopum Transylvaniæ denominabat, Pastoribus & Rectoribus Scholarum igneme & rotam decernebat, & uxores Pastorum cum liberis, qvod ad aratra adigere velit, minabatur. Ast mox cum in Turcas, qvi felici successu varia Hungariæ castra occupaverant, propensior videretur, e medio per Johannem Baptistam Castaldum, ipsi a Ferdinando in rebus administrandis sociatum, repente tollebatur, Anno 1551. Vid. omnino Istvanff. Lib. XVI. seqq. Rewam Centuria VI. Ortelium ad Annum 1549. 50. 51. & sic Ecclesiis insultare desistebat.

Sublato Georgio, Castaldus Transylvaniam tenens, copias & milites inter Saxonicas urbes, earumqve suburbana, interq; Siculos hybernare jubebat, nihil qvicqvam vero in Religionis negotio mutare volebat vel audebat,

Haáz Rezső Múzeum és Könyvtár Szekelyudvarhely

ubi Ferdinandus, de unione Hungariæ, & Transylvaniæ nimium sollicitus, animorum rationes seqvabatur, & Religioni Lutheranæ nunqvam infensus, qvam nuper perturbare noluerat, nec nunc impedire volebat.

Liberatæ ergo metu Ecclesiæ, ut omnia ordine fierent, consultabant, & qvidem Anno 1552. Primo Hungaricarum Ministri, qvi & inter has turbas Anno 1550. in oppido Torna, convenerant & officium Episcopi seu Superintendentis, qvid nimirum in visitatione ipsi facto opus sit, & qvousqve in jurisdictione pergendum esset exposuerant, & definierant, Berghusium seu Beregizatzinum, oppidum ex nupera Georgii Lobovitzkii Mareschalli Poloniæ oppugnatione celebre, confluebant, *ubi repetitâ Doctrinâ, de Cœna Domini, Confessionem Auricularem damnabant, publicam confirmabant, de Stipendio Ministrorum, præcipue ubi Patroni*

troni desunt, & aliàs pauciores Auditores, itaq; pauperculi, ministro alendo non sufficiunt unde sarciri, & Ministro laboranti qvomodo subveniri deberet, decernebant, & Altaria ex Ecclesiis ejecta, ne reædificarentur, concludebant; ubi autem eadem nondum sublata essent ac per vim ab Auditoribus detinerentur, Pastores exiis administrare sacramenta posse, modo doctrina urgeretur confirmabant. Papai l. c.

Deinde Anno 1552. Ministri Ecclesiarum Saxonicarum Synodum conscribebant Cibinium, electoqve *Paulo Wiener Labacense*, Pastore Ecclesiæ Cibiniensis in Episcopum, seu Superintendentem Generalem, Ordinationis munus ei demandabant, & conditiones in hoc negotio observandas, eidem præscribebant, qvas cum multum conducere plerisqve qveant, huc annotare non supervacaneum fuerit.

1. Candidati Ministerii, Capita & Locos Doctrinæ Christianæ, tenean

Kaán Károly Múzeum, Tudományos könyvtára Szekelyudvarhely

ant, recitent, explicent, & Catechismum probè norint.

2. *Definitiones & qvicqvid dicunt & afferunt, testimonius Sacræ Scripturæ probent, & qvo singula loco sint posita, ostendant.*

3. *Vernacula sua lingva explicent, qvod latinè dixerunt, ut, num & ipsi intelligant & percipiant, & populo proponere possint ea qvæ recitant, intelligi possit.*

4. *De Articulis Controversis, contra Pontificios, Sacramentarios, Anabaptistas Anti Trinitarios & similes, veram sententiam ostendant, ac testimonius Scripturæ confirment.*

5. *Libros, numerum, & ordinem Veteris ac Novi Testamenti sciant.*

6. *Te-*

6. *Testimonia pietatis habeant, & doctrinæ sanæ, comprehensæ Scriptis Propheticis & Apostolicis (qvibus in summam & formam subjicimus Confessionem Augustanam, ejusdem Apologiam, utrumq; Catechismum Lutheri & Articulos Schmalcaldicos) se studiosos, Sectatores & Confessores esse velle sanctè promittant.*

Használja fel az Arcanum Tudományos Könyvtára.
Szabadfy Judvarnak

Excedebat Anno seqventi ex vivis Paulus Wiener, Primus Saxonicarum Ecclesiarum Episcopus, cui in Pastoratu succedebat Matthias Hebierus, in Episcopatuqve successit, si Synodum, Lutheranæ Saxonum Ecclesiæ, ob varias Patriæ calamitates ex bello intestino, ortas, celebrare potuissent. Aspernabantur enim tũ pleriqve Proceres Imperium Germanorum, imploratisqve Turcarum & Reginæ Isabellæ, in Polonia commorantis auxiliis, bellum ex bello serebant, qvod non nisi exclusio-

ne Ferdinandi e Provincia, & Reginæ in Regnum reductione Anno 1556. finiebatur. Maximas interea accidisse revolutiones facile qvilibet videt, & plenius videre potest, ex Militis Scriptoris Transylvani Chronico, qvod sub Titulo: Stebenbürgischer Würg-Engel/ hoc seculo prodiit, Isthvanffii Hist. Rer. Hung l. c. Revvæ Centur. VI. Ortelii Hungaria, ad Annum 1551. usqve 1556. Garparis Ensii Histor. Ungaricæ Lib. 5. seqq. aliisqve.

Post amotum autem a Patria intestinum bellum, cum externum tantum Regni finibus incumberet ad d. 13. Jan. A. 1557. Cibinium conveniebant, Matthiam Heblerum in secundum Transylvaniæ Episcopum eligebant, & qvod inter hos belli strepitus Franciscus Stanckarus, in Transylvaniam ex Borussia per Hungariam arrivarat, & præter Martinum Kalman Csehi, (alias Kalmanchæus, & Calmanchæus, Kalmantzius qvibusdam, aliis deniqve Martinus Santa, audit) Errorem hæreticum

ticum disseminarat, & adhuc disseminabat, Articulos aliqvos condebant, in qvorum

1. *Omnes Errores Novorum Nestorianorum, omniumqve Sacramentariorum, videl. Berengarii Vicleffii, Carlstadii Zvinglii, Oecolampadii, Calvini, &c. damnantur.*

2. *In Sacramentis & absolutione, formam Ecclesiæ Wittebergensis servandam esse, idqve manè, sobrie, & in loco publico Ecclesiæ, lingva vernacula, a Sacerdotibus veste alba linteà, idolis carente, ad imitationem primitivæ Ecclesiæ, & stantium ante Thronum agni immaculati, nec non Sanctorum Angelorum hoc habitu gaudentium, indutis, decernitur.*

3. *Ab-*

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

3. *Absolutionem qvoq; privatam observandam esse concluditur.*

4. *E templo omnes picturas fabulosas ejiciendas, historias vero sacras retinendas esse, mandatur.*

5 *Introductio puerperarum & novarum nuptarum confirmatur. ac*

6. *In festis aliisqve Solennitatibus, omnia fieri debere, ut extet in Libello reformatarum Ecclesiarum Saxonicarum, concluditur.*

Scilicet Anno 1553. *Franciscus Stanckarus, Italus Mantuanus*, qvi deserto Papismo, superioribus Annis in Borussiam veniens, ob insignem lingvarũ cognitionem, Professor Lingvæ hebrææ Regiomonti creatus, circa illud tempus, qvo *Andreas Osiander* itidem Regiomontanus Professor Schisma, asserendo, *Christum, Adamo etiam non lapso incarnandum fuisse, sed non crucifigendam, homi-*

hominemqve essentiali Dei justitia justificari, & Christum secundum divinam naturam esse nostram justitiam, & huic errori se opponens, in errorem *Lombardicum* incidens, qvem authorem tanti faciebat, ut, dicere non vereretur, *unum Petrum Lombardum plus valere, qvam C. Lutheros CC. Melanchtones, CCC. Bullingeros, CD. Martyres &*, D. *Calvinos*, affirmarat, *Christum tantum secundum humanam naturam esse nostrum Mediatorem*, ideoqve ab officio ire jussus, in Hungariam venerat, & in loco de persona Christi & Cœna Dominica, ad Calvinianos deficiens, tetros errores suos ubiq; disseminare studuerat, sed ob id à Leonhardo Stœckelio, Rectore Bartphense, disputationibus publicis, ut & scriptis qvibusdam confusus, alibi fortunam suam experiri cogebatur. In Transylvaniam ergo veniens, qvod in Hungaria efficere minime potuerat, hic posse sperabat; ubi, nondum de fœtidis ejus erroribus qvisqvam informatus erat, multosqve seducebat, usqve dum An-

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Egyesülete Székelyudvarhely

no 1554. in Congregatione Ministrorum Ecclesiarum Hungaricarum, in Ovar ad tertiam feriam palmarum, coactâ, sincera & vera de Cœna Domini Doctrina explicabatur, & confirmabatur, in eaq; subsistendum esse decernebatur. Intererant Synodo LXXXIIX. Pastores, magnaq; Nobilium pars, qvi jam nominato de Sacra Cœna, Articulo, hos adhuc addebant:

2. Retinendum esse panem azymum, in administratione Sacræ Domini Cœnæ.

3. Absolutionem privatam itidem observari posse.

4. Altarium & tabellarum amolitionem, non ad Ministros Ecclesiæ, sed Magistratum spectare.

5. In Baptismo Susceptores admittendos esse.

6. Introducendas esse puerperas suo tempore.

7. Matrimonia juramento firmanda esse.

8. Dies Festos hactenus receptos observandos esse.

9. Superintendentes & Prælatos esse eligendos, propter consensum in doctrina & ceremoniis retinendis, & propter disciplinam honestam.

Qvibus sic decretis, Demetrium Tordai, Pastorem Ovariensem, primum Hungarorum Superintendentem eligebant.

Post hæc non succedebat suscepta Ecclesiarum deformatio Stanckaro, variis tamen artibus Magnates eludere, & Laicos decipere studebat, comparataqve sibi amicitia Georgii Bathori, docendi munus ab eo petebat, edoctus autem de ejus erroribus Bathorius, Synodum, ut melius, in re difficultate haud carente, informaretur congregabat, in qva cum Articulos, cum Augustana Confessione, & reliqvis Libris Symbolicis exactissimè convenientes conscriberent congregati, ex qvibus fallendi studium facile intelligebat, non modo docendi munus Stanckaro non committebat, sed & ex Transylvania maximis minis ire eum jubebat.

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Szabó Ildvarcsely

Claudiopolim ergo instituto itinere ibidem per tempus commorabatur.

Vix hos furores sustinuerat Ecclesia, cum *Calamanchæus*, in majorem insaniam prolapsus, Debretzini, qvo Pastor Berckhusio vocatus fuerat, Calvini errores Auditoribus suis inculcabat, imagines e templis ejiciendas docebat, & ut erat Vir ferocis, prælati tumidiqve Spiritus, qvi multa thrasonice de sese gloriabatur, & mirum in modum, theatricis suis declamationibus, auram vuigi captare poterat, maximum applausum nactus, multos secum, maximo cum Ecclesiæ damno, in extremam perniciem præcipitabat. Qvod cum haud sine ingenti animi dolore perciperet Stœckelius, eundem agressus, ea felicitate qva Stanckarum confuderat, publicè confundebat, & claudum cum Stanckaro in Transylvaniā etiā abigebat, daß sie beyde mit ihrem Stanck in Siebenbürgen hüpffen müssen / ut Schæsæus, acutissimo Poeta, in Epigrammate qvodam ludit. Sciebat Petrovitium, qvem ante-

anteqvam in hos errores inciderat, ad saniorē mentem deduxerat, ut ejuratâ Papistica Religione, sese Evangelicorū adjungere choro non dubitarat, sibi favere, ejus ergo Patrocinio fretus Santa Claudiopolim divertebat, ibiq; multis seductis, inaudita qvædā perpetrabat, unicum non omittendum puto. *Extrahebat ex immunda hara, porcorum lutrem in plateam publicam, infusaq; aqva infantes adductos, pessime, alias utilissima Christianorum phrasi,* HÆC EST LIBERTAS CHRISTIANA, *applicatâ, baptizababat. Hermannus l. c. ad Annum 1554.*

Contra hos Svermeros itaqve prædictos Articulos conscribebant, conscripti cibinium Ministri Ecclesiarum Saxonicarum, præcavere tamen non poterant, qvin maximas radices variis in locis ageret, hæc Ecclesiarum Deformatio, nam adjunxerant, se Kalmanchæo, Ludovico Szegedinus, Laurentius Perek, & Valentinus

Haraszt Kerszó Múzeum Tudományos Könyvtár Szekelyudvarhely

Crispus Colosvariensis, Pastor Ecclesiæ Tordensis, qvi Calvinianos se profitebantur, omniaqve Calvini placita defendebant. Ne tamen latius serperet malum, Synodus Provincialis Claudiopolin indicebatur, in qva præcipui Pastores Ecclesiarum totius Transylvaniæ ad disputandum convenientes, Martinum cum assecis ad defendenda dogmata sua evocabant, sed Martinus, valetudine, qvam plurimi simulatam credebant, præpeditus, apparere aut non volebat, aut non poterat Ludovicus a Collega munere accepto, apparebat qvidem, sed disputationem detrectabat, unde hæreseos cum reliqvis, qvi prædicti Calvini dogmata seqvebantur, aut secuturi essent in posterũ, damnabatur, & anſam congregatis subministrabat, Confessionem conscribendi, in qva traditur *1. Sincera de S. Cœna doctrina, 2. Circumgestatio hostiæ consecratæ rejicitur, 3. Prohibitio alterius speciei damnatur, & 4. Transubstantiatio rejicitur.* Hanc, cum non deessent

essent qvi clam ab eadem dissentirent, ad Philippum Melanchtonem, transmittebant, & ejus de ea censuram petebant, qvam Anno seqvente demum d. 16. Januarii rescribens approbavit, *ut videre est ex Confessione hac, cum Censura, aliisq; Confessionibus publice conscriptis, edita Claudiopoli, Typis Georgii Hoffgrevii Anno 1558.*

Interea, Stanckarus apud senatum Cibiniensem, literis interpellarat, ut in urbem reciperetur, & aliqvem ibi commorandi locum haberet, sanctè promittens se civibus neqve gravem, nec ullius seditionis Authorem, per nova dogmata futurum. Qvod cum impetrasset, Cibinium cum uxore & liberis veniens, & per aliqvot mensens ibi delitescens, suum illud de Persona Christi Doctrinæ genus profitebatur, & aliqvos in suam sententiã trahebat, sed re intellecta, illuc unde venerat, redire jubebatur.

Ex urbe pulsus Clandiopolin maximo suo cum damno denuo veniebat. Acceperat

Erdélyi Múzeum Egyesület Könyvtár
Szabadtéri Néprajzi Múzeum

perat hic Thomas qvidam, Monachus reformatus, Philippi Melanchtonis, de Stanckari dogmate, recens editum libellum, ex qvo de ejus fundamento & falsitate melius edoctus, cum Francisco Davidis rem communicabat, ut instituto colloqvio ad meliorem Stanckarum mentem reducere adniterentur. Facta erga Conventione, die ultima Dec. A. 1557 ad Disputationem Stanckarum provocabant, ubi cum compareret, Orthodoxi Ecclesiarum suarum sententiam proponebant his verbis: *Se credere & fateri Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, verum Deum & hominem, generis humani Mediatorem esse, non secundum humanam naturam tantum, nec secundum divinam tantum, sed secundum humanam & divinam simul.* Huic sententiæ e diametro contrariam proponebat *Stanckarus*, hac Thesi: *se credere & fateri, Jesum Christum esse Mediatorem nostrum, non secundum, divinam nec secundum divinam & humanam simul, sed secundum humanam tantum*, addens, se non multum dimi-

care

care cum qvoqvam, ratione communicationis idiomatum, nec unqvam de ea re disputasse, sed de hoc qværere, utrum Divina natura possit intercedere, supplicare, orare, satisfacere &c. sicqve mox argumentorum, ab utraqve parte prolatorum, ventilatio seqvebatur, in qva, cũ, tanto Zelo eruditionisq; specie, Franciscus Davidis, rem ageret, omnium cum admiratione, ut nemo non eum supra ætatem, excellentibus ingenii & eloqventiæ donis donatum confiteretur, confusus Stanckarus haud sine multorum irrisione, ex colloqvio se subducere, & cum ex editis qvibusdam libellis fœtere corã omnibus inciperet, indignabundus, alio sese conferre cogebatur, sed nusqvam receptus, tandem Kendii gratiam sibi conciliabat, & Szekely Vasarhelyinum sese conferebat.

Similem fortunam sibi exhinc promittebat contra Chalmanchæum & reliqvos Calvini assecias, Franciscus Davidis, nactusqve occasionẽ, in Synodo, qvam

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

qvam Anno 1558. d. 1. Maji Provincialem, in oppido Thorda denuo celebrabant, *Provinciæ* utriusq; Nationis Pastores, ut de contentis Epistolæ Philippi Melanchtonis edocerentur, eum agressus omnibus præsentibus, disputationibus & argutiis Dialecticis non modo, sed clarissimis etiam scripturæ oraculis, constringebat, ut se nullo pacto evolvere, & extricare valeret, sed confusus de ignorantia sua, & causæ malitia, certũ testimoniũ relinqveret apud præsentes, indignabundusq; sibi ipsi interitum acceleraret. Et hunc, cum vix e congregatione excesserat, nã cum colloqvii infelicem exitum accuratius consideraret, in ægritudinem incedens, blasphemi hujus asserti, qvod & animus meminisse horret, Per recessum egeri corpus Domini necesse esse, si in sacra Cœna Sacramentali & reali manducatione acciperetur, pœnas ex justissimo Dei judicio ei illatas, dabat. Rẽ verbis Herrmanni describere placet: *Cum enim inqvit, horrore mor-*

mortis opprimeretur, stercus per os proprium, multa vi & tentamine, miserabili cum ejulatu, evomere coactus est, atq; ita suffocatus, incrementis propriis interiit. Scilicet crudeles obitus, impurus omnis habet, hæc ille.

Celebrarat interea Regina in Colosvar d. 3. Febr. ejusdẽ A. Comitia in qvibus svasu Francisci Kendii, tres Pastorũ Qvartas, qvas ex decimis percipiebant, sibi postularat. Nobiles & Siculi illico consenserant, nec fuerat qvi ex parte Hungarorum verbulum adderet, unde hucusqve Decimis imo & qvarta Decimárum parte carent. At cum Saxones sese interponerent supplices, ne qvid contra primo receptas leges, contra confirmationem, omnium Privilegiorum, & contra Veterem Regum & Principum constitutionem ac consvetudinem, qva semper Ecclesiis liberaliter & honeste opem tulissent, statueretur, decretum de auferendis Saxonum Decimis aboleverat, ne qvam iis daret occasioem offensionis, eo præcipue

Haáz Rezső Múzeum Udvarhely Könyvtára
Székelyudvarhely

cipue tempore, qvo cum Bebeckio, qvi nuper privatis de causis in aulam Turcicam discesserat, receptusqve singulari humanitate & benevolentia, ac in colloqvium admissus, apud purpuratos res suas secretioribus colloqviis egerat, postremo ab iis demissus, ac vestimentis, eqvis, aliisqve muneribus donatus, redierat, ideo vero in maximam rerum novandarum suspicionem, apud Reginam inciderat, (*Isthvanff. l. c. Libr. XX. p. m. 252.*) disfidebat. Papai l. c. ad A. 1558. In iisdem Comitiis de jurisdictione Ecclesiastica, in qvam politici Schæsburgenses, sese ingerere satagebant, disputabatur, ast ne qvid amplius, & in Capitulo Kysdensi, & in aliis locis hac in re tentaretur, Privilegia hac de re olim impetrata Ecclesiis omnibus confirmabantur qvorum unicum, Matthiæ Corvini huc adscribere placet scriptum est hac forma:

Nos MATHIAS DEi Gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium signi-

significantes qvibus expedit universis, qvod fidelis noster, Reverendus Dominus Ladislaus Gereb, Electus & Confirmatus, Ecclesiæ Albensis, Majestatis nostræ Attendens, in conspectum graves injurias & tribulationes & oppressiones, universorum Plebanorum ac aliorum Virorum Ecclesiasticorum & omniū Ecclesiarum, sub Diœcesi & jurisdictione, præfatæ Ecclesiæ Albensis Transilvaniæ, & aliis in illis partibus Regni nostri constitutorum & existentium, gravissima, cū qverela declaravit, qvod qvamvis Magnificus Comes Stephanus Bathori Vayvoda Noster Transylvanus &c. super Plebanos & alios Viros Ecclesiasticos & Ecclesias prædictarū partium, nullam unqvam habuerit, neqve de jure debuerit habere, jurisdictionem & potestatem suam exercendi,

Haáz Rezső Múzeum - Udvarhely megye
Szekelyudvarhely

cendi, ex qvo alii talium Plebanorũ ac Virorum Ecclesiasticorum, præfato Domino Electo & Confirmato, suæqve Ecclesiæ prænotatæ, alii vero aliis judicibus, & Prælatis Spiritualibus, ordinariis Regni nostri de jure subjecti extitissent, ac deberent subjacere: tamen præfatus Stephan9 de Bathor, Vayvoda, nacta sibi qvadam potestate privata, non veritus falcẽ in alienam messem mittere, in contemptum & detrimentum jurisdictionis Spiritualis, pluribus in reb9 ac negotiis, inter Plebanos & Viros Ecclesiasticos prænotatos, hactenus usus extitisset, mandatisq; suis, iisdẽ Seculari potestati obedire coegisset, in qvo Plebani ipsi & Viri Ecclesiastici, a certis jam temporibus, ab ipso Stephano de Bathor, graves & intollerabiles tribulationes & vexationes, ac oppressiones, præfatus vero

ro Dominus Transylvanus, ac alii Judices & Prælati Spirituales Ordinarii, Jurisdictionis & Authoritatis suæ Ecclesiasticæ, difficilem jacturam & præjudicium paterentur. Supplicavit igitur Majestati Nostræ, Dominus Ladislaus Gereb, suo & aliorum suorum supra notatorum nominibus & in personis, qvatenus eisdem superinde gratiose providere dignaremur. Unde nos, tametsi omnium regnicolarũ nostrorũ jura manutenearnus, Ecclesias tamen Dei & earundem Ministros, præcipuè tenemur & volumus Patrocinio confovere.

Qvapropter supplicatione hujusmodi exaudita, memoratos Plebanos & Ecclesiarum Rectores, Ecclesiasticosqve alios Viros, a modo in sempiternum ab omni & qvalibet potestate & molestatione ac impetitione, Vayvodarum partium illarum

Felsőzsolca Múzeum és Tudományos Könyvtár Szekelyudvarhely

rum Regni Nostri, præsentis videlicet & futurorum eximent & exonerent, authoritati & jurisdictioni ac potestati spirituali ejusdem Ecclesiæ Albensis Transylvaniæ, & conseqventer præfati Domini Electi & Confirmati, cæterorumq; Prælatorũ & judicum eorundem spiritualium ordinariorum, qvorum interest seu intererit, prout scilicet prius & ab antiqvo eisdem subjecti extiterunt, duximus penitus & per omnia reddendos & subjiciendos, nihil potestatis, nihil deniq; facultatis, si qvã forte iidẽ Vayvodæ ex ante actis in eosdẽ Plebanos & Ecclesiasticos Viros habere prætenderent, apud eosdem relinqventes. Imo eximimus & exoneramus reddimusq; & subjicimus præsentium per vigorem. Qvocirca vobis Fidelibus Nostris, præfato Magnifico Stephano, præsenti, futurisqve

risqve Vayvodis & eorundem vice Vayvodis, prædictarum partium regni Nostri Transylvaniæ, præsentiũ serie, firmissimè præcipimq; & mandamus, qvatenus a modo in posterũ, nullo unqvam tempore, contra jura & libertatẽ Ecclesiarum & jurisdictionẽ Spiritualem, præfati Domini Albensis, aut aliorum Prælatorum & judicum Ordinariorum Spiritualium illius Regni Nostri, vosmetipsos de rebus & negotiis prædictorum Plebanorum & aliorum Virorum Ecclesiasticorum, qvibuscunq; ex causis aut rationibus ingerendos aut intromittendos, vel eosdem seculari aut privata potentia deinceps ad parendum & obediendum, præcepto & mandato, atq; voluntati vestræ, contra prædictam Ecclesiasticam potestatem ac libertatem, nulla causa aut ratione præsumatis, nec

 sitis

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

ſitis auſi qvoqvo modo. Præſentes autem, qvos ſecreto ſigillo noſtro, qvo ut Rex Hungariæ utimur, impendenti, communiri fecimus, ſemper reddi volumus & mandamus, præſentanti. Datum Budæ Feria IV. proxima poſt Dominic. Invoc. An. 1484. Regnorum Noſtrorum, Hungariæ 27. Bohemiæ vero decimo qvinto.

Schæsburgenſes vero hoc ſpeciali mandato, ad Eccleſiæ obedientiam revocabat.

ISABELLA Dei Gratia Regina, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Fidelibus Noſtris, Circumſpectis Magiſtro Civium, Villicis, cœterisqve Juratis Senioribus, Sedis Noſtræ Saxonum Segesvar, ſalutem & gratiã. Ex ſupplicatione Fidelium Noſtrorum Venerabilium Sacerdotum Capituli, ejusdem Sedis Noſtræ Saxonicalis Szaſz-Kysd, accepimus, qvatenus

tenus vos, citra omnem juſtitiam, ac conſvetudinem hujus Noſtri Regni hactenus obſervatam in cauſis ſedẽ Spiritualem concernentibus, violenter ingereretis, non contenti jurisdictione Veſtra, ſed etiam jurisdictionem Eccleſiaſticam vobis uſurpantes, deniqve Libertate eorum ordinaria, hactenus in hoc Regno noſtro habita, & a Regibus & Principibus Hungariæ, Noſtris Prædeceſſoribus eis & Eccleſiæ eorum conceſſo, omnino ſpoliare & privare cuperetis, in maximum totius Eccleſiaſtici ſtatus & ordinis præjudicium & damnum manifeſtum. Nos itaqve ob intuitum omnis juſtitiæ, Venerabiles Plebanos & Sacerdotes Univerſos in præfata ſede noſtra exiſtentes, in libertate eorum ordinaria, omnibus & jurisdictionibus ac Privilegiis, ipſorum hactenus habitis

Hazai Tudományos Intézet Tudomány Szekelyudvarhely

tis conſervare volentes, Fidelitatibus Veſtris harum ſerie, mandamus firmiter, ut a modo, deinceps vos ad Cauſas ſedem ſpiritualem concernentes, puta teſtamentorum, bonorum Eccleſiæ, Domorum Epiſcopalium, Viduarum, Pupillorum, maxime vero Matrimoniales, & ad ſedem eorum deductas, auſu temerariò contra poteſtatem eorum judiciorum ingerere & immittere, neq; judicium interturbare qvoqvo modo præſumatis, perſonasqve ſeculares cujuscunqve conditionis, pro teſtimonio ad ſedem eorum citatas, ne coram judicibus Eccleſiaſticis compareant, impedire, terrere & inhibere non debeatis. Si qvi in medio Veſtrum contumaces reperti fuerint, authoritatem Eccleſiaſticam vilipendentes, Decanus authoritate ſua ordinaria qva fungitur, per cenſuram

ſuram Eccleſiaſticam coercere, & hujusmodi inobedientes punire debeat. Volumus præterea, ne verbo aut facto aliqvo eos perturbare vel lædere audeatis, ſed magis debitam reverentiam obedientiam ac honorem ipſis deferre modis omnibus debeatis & teneamini. Secus in Præmiſſis ſub indignationis noſtræ pœna nulla ratione facere præſumatis Præſent. Perlect. Datum in Colosvard. 5. Febr. Anno 1558.

His ergo obtentis, & Calmanchæo ſublato, Eccleſiæ tranqvillitas qvædã, a plerisqve augurabatur, at vix in ſua qvisqve ſe contulerat, cum & Magnates proventibus ſuis denuo inhiare, Petrum Melius, Paſtorem Debrecini, virum alias eruditum, majori Zelo Doctrinam Calvini urgere, & Stanckarum furenti ſimilem, literas convitiorum plenas, ad Reginam dediſſe, intelligerent.

Digitalisan feldolgozta: Tudományos Könyvtár Veszprém, Jókai Mór Vár

Scilicet Kendius cum fratre postulata sua qvotidie urgebant, qvo intellecto, qvod periculum in mora esset, ad Reginã excurrebant, & Privilegia qvædã offerentes, speciatim Sigismundi supra adnotatum, confirmationem subscriptione Reginæ cum filio impetrabant. Subscriptio his verbis constat:

Isabella Regina & Johannes Sigismundus m. p. Anno 1558. d. 15. Julii.

Stanckarus literis Reginam cum Proceribus obsecrabat, ne diutius Reformationem, inultam relinqveret, sed potius officium omnibus Regibus & Principibus, imo toti generi humano divinitus commissum, amplectendi puritatem doctrinæ cœlestis juxta Scripturæ sacræ testimonium, Audi Israel præcepta Domini; primum qværite Regnum Dei; Cavete vobis a Pseudo Prophetis, administraret. Mandare enim adhæc Deum, ut omnes veræ doctrinæ depravatores & fanatici Spiritus, qvales sint, Matthias Heblerus, Caspar

Caspar Heltus, Franciscus Davidis &c. qvi JEsu Christo filio Dei, cum Patre & Spiritu S. bellum indixerint, e medio tollantur, hinc se hortari, & rogare, ut authoritate gladii ad judicium Synodale cogerentur & punirentur, juxta jus divinum, in qvo mandetur hæreticorum cum suis facultatibus combustio, vel Canonicum, juxta qvod igni hæretici, omnia autem ipsorum bona fisco tradenda sint, qvod & jus Civile præstoletur.

Sed Apologiâ adversus maledicentiam tantam, tantasqve calumnias, jussu & voluntate omnium in Ecclesiis Transylvanicis, rectè secundum Dei verbum docentium, per Ministros Ecclesiæ Clandiopolitanæ, conscriptâ, in qva, initio acta Colloqvii, superiori Anno cum Stanckaro habiti, summatim recitantur, deinde firmis rationibus, doctrinam Ecclesiarum Transylvanicarum, non commentitiam & hæreticam, ut Stanckarus columnietur, sed veram, i. e. verbo Prophetico & Apostolico

Unaz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár Gyűjteménye

ſtolico conſentientem eſſe, oſtenditur, poſtremo breviter & modeſte ad calumnias Stanckari reſpondetur, coram omnibus Stanckarum fœtere faciebant, ut nusqvam receptus, nusqvam profugium amplius in Tranſylvania ei pateret, ſed exire coactus in Polonia ſortem experiri cogeretur, ſicqve abſente authore, error ejus etiam umbra citius evaneſceret.

Solus Petrus Melius voti ſui compos, maximam partem Nobilium, majorem vero Hungarorum atqve Siculorum numerum ad doctrinam ſuam alliciebat, imo tantum non omnes in Calvinianorum caſtra trahebat. Ne itaqve malum hoc omnes Eccleſias inficeret, Franciſcus Davidis ex hucusqve geſtis audacior, variis diſputationibus Petrum ad meliorem ſententiam revocare, concionibus vero populum ad ea unde receſſerant reducere adnitebatur, ſed dum non absqve rixis & jurgiis, imo tumultu ſæpius res finiretur, Davidis fractus & Nobilium favore

vore illectus ex objectisqve Philippi Melanchtonis ſcriptis & Variata Auguſtana Confeſſione dubius, in maximo fervore r emiſſior factus, plus Eccleſiæ defuit qvam profuit. Offerebant ei enim Primas Calviniani, & ut cum Petro Reformationis negotium urgeret petebant, qvas Inito etiam conſilio, non reſpuebat, ita tamen ne res proderetur. Sperabat enim, qvi noverat, Saxones hucusqve magnificè de ſe ſenſiſſe, ſua induſtria futurum, ut utriusqve Religionis aſſeclæ nefando ſyncretismo in unum coirent, & firma veraqve concordia colligarentur.

Clam hinc ſpe conſeqvendi qvod avebat, Saxonum integritate, qvi dolorum talium ignari erant abuſus, primo Lutheranos tanqvam Fratres ſollicitabat, eratq; iis Author mutandorum qvorundam rituum Eccleſiæ, mox cauſam hujus rei exponebat prolixioribus literis, & ad colloqvium, qvos habuerat ante hac inter Saxones amicos,

Szekely Udvarhely Egyházmegye Tudományos Könyvtára
Szekelyudvarhely

invitabat, ut de concordia in negotio religionis secum consultarent.

Facile hi videbant, qvid de eo, qvi hactenus optime religionis negotio profuerat, in posterum sibi sperare qveant, missis igitur literis, ad meliorem sententiam ut animum revocaret, petebant, se vero si a tam periculi plenis rebus non abstineat, nusqvam Fratrem eum agnoscere velle, colloqvium etiam tale tanqvam hæreticum se respuere, cum infelicē exitū exinde facile perpicere qvilibet possit, affirmabant. Et sicqvod ille dolo obtinere satagebat, ab eo, apertâ suâ confessione, Amici Saxones eum absterrere adnitebantur. Verū enim vero, tantum aberat, ut hæc eum frangeret, ut potius ad majora eum incitaret. Contemni enim se ab Amicis suis dicebat, nec fore ut hujus contemptus, non debitas pœnas luerent, datisqve denuo literis, jam exponebat se totum Calvinianorum castra seqvi, Lutheranam vero Religionem, pro hæretica agnoscere, deinde nobilibus

bus adulari incipiebat, qvorum Calvinistæ, eum utrisqve manibus excipiebant, donisqve multis ditatum, ad majora sollicitabant.

Cum itaqve nihil superesse, qvam ut ad Colloqvium & Disputationem res perveniret, putaret Davidis, operâ Patronorum Nobilium, Diploma a Regina impetrabat, & qvod ante amicis literis, id jam vi urgebat, Saxonibusqve ut locum conventui aptū decernerent, aurhoritate in Diplomate sibi concessâ, mandabat.

Erant tum inter Saxones pleriqve grandævi, veneranda modestia, morum pietate, & doctrinæ sinceritate magis ornati, qvam artibus Dialecticis ad tantam Disputationem instructi, & trepidare merito potuissent, nisi de bonitate causæ suæ certi, certissimum Dei auxilium sibi promisissent. Hoc vero freti Mediam conventum cogebant, Confessionem suam de sanctissima Domini Cœna conscribebant, ejusqve approbationem primo a Sigismundo

Magyar Protestáns Tudományos Könyvtára
Szegedi Egyetemi Könyvtár

do Poloniæ Rege obtinebant, deinde ab *Isabella* cum confirmatione omnium suorum Privilegiorum, qvod se undiq; lupis cingi viderent impetrabant. Confirmatio Privilegiorum ex hinc liqvet:

Nos Isabella Dei gratia Regina Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes qvibus expedit universis: Qvot cum intelligamus jure divino & humano, Regiæ Celsitudinis esse, ut in qvalibet administratione publica, & Imperio, cultus Dei & Ministerium Ecclesiasticum imprimis & reverenter observetur, nimirum pie & prudenter sanctos Patres, Religionis nostræ lumina, Majores item & Prædecessores nostros Dives Reges Hungariæ, statuisse cernimus, ordinem Ecclesiasticum a seculari, non solum functione atqve effectu, sed etiam liber-

bertatibus, indultis, privilegiis & immunitatibus in solidum discretum & determinatum esse oportere: Suos enim illis Judices & Arbitros eorum & vitæ Censores e consortio fratrum suorum faventer admiserunt, qvi errata corrigerent, defectus, scandala, & qvaliacunqve offendicula in vero & recto judicio emendarent, causas Ecclesiasticarum personarum, item Matrimoniorum, Divortiorum, Testamentorum, Invasionis domorum Episcopalium, bonorum Ecclesiæ, Pupillorum, Orphanorum & alias in decretis & Decretalibus Pontificum nominatim expressas assumerent, discuterent, & rite dijudicarent, ne videlicet injuriis secularium Magistratuum, a qvibus officio, studiis & laboribus distingvuntur, per omnia obnoxii subjectiqve haberen-

Haáz Rezső Múzeum, Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

tur. Qvin etiam judiciariis oneribus & mulctis gravibus consulto præcaverunt, ne qvis temere violentiam in illis tentare, nève libertatibus concessis injuriam facere aut emolumenta atqve reditus illorum qvoqvo modo sibi per vim usurpare, aut illis ipsis Ecclesiarũ Ministris impedimento esse auderent. Qvas qvidem libertates & immunitates in Ecclesias, a sanctis Patribus pie introductas, & ad hæc usqve tempora pro Christianorum Principum dignitate, inconcussè observatas, Nos qvoqve, Filius Noster Serenissimus, Vestigiis Prædecessorũ Nostrorũ, Divorum Regum Hungariæ insistentes, immobiles observare, & per subditos nostros benevole observari facere volumus. Præsertim qvod ex obligatione Nostra Filiiq; Nostri Serenissimi, in ipsis comitiis Generalibus in Civitate nostra Colosvar (est Claudiopolis) Per nos celebratis tempore Regressus Nostri in Regnum facti, unumqve nqve statum spiritualem ac secularem in suis libertatibus, prærogativis & indultis conservare & manutenere debeamus, adigamusqve; non possumus admittere qvam plurium conatus, qvi non contenti sua ipsorum jurisdictione seculari, impetum facere in spiritualem jurisdictionem, & labefactare Ecclesiam non verentur, neqve Deum, neqve Principum statuta, aut veterem multis jam seculis confirmatam consvetudinem ob oculos habentes, Personis Ministrorum verbi Dei manus injicere atqve eas captivare, judicare, deniqve punire etiam non reformidant, receptionem testium secularium per Ministros Ecclesiæ fieri interdicunt

Szegedi Tudományos Könyvtár
Szegedi Múzeum

cunt, emolumenta & Proventus Ecclesiarum intercipere & sibi captare satagunt, & qvantum in ipsis est totum ordinem veterem, & semper hactenus sanctè observatam consvetudinem subvertere, atqve jurisdictionem sibi usurpare contendunt, in præjudicium atq; contemptum libertatis Ecclesiasticæ & Ministerii verbi manifestum. Nos itaqve pro functione Nostra, Filiiqve nostri serenissimi Regia, volentes ejusmodi ausus temerarios, & injurias subditorum Nostrorum, tempestive reprimere, ac Ministros Ecclesiarum in juribus suis faventer tueri sicuti par est & defendere, vobis Fidelibus Nostris, Prudentibus Circumspectis Magistris Civium, Judicibus Regiis, juratis Civibus Civitatum Nostrarum, Cibiniensis, Brassoviensis, Mediensis, Segesvariensis, Bistri-

Bistriciensis, Szaszebesiensis, Villicis item & Grebionibus, ac qvibusvis aliis officialibus septem & duarum Sedium Nostrarum Saxonicalium, modernis & futuris universis & singulis mandamus firmiter, qvatenus nullus omnino vestrum, Ecclesiarum Saxonicalium Plebanos atqve Ministros in suis juribus & antiqvis libertatibus, imo etiam perceptione fructuum, Decimarum & emolumentorum annuorum & jurisdictione ipsorum Ecclesiastica, præcipuè vero in causis supra nominatis impedire, turbare, molestare, aut sub qvopiam prætextu & colore in iis inqvietare, lacessere, damnificare debeat, nec sit ausus qvoqvo modo, sub gravissima indignationis nostræ, Filiiqve nostri Serenissimi pœna & moribus judicariis, ducentorum florenorum in fiscum

Haász Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

fiscum nostrum irremisse persolvendis. In qvorum omnium præmissorum robur, fidem firmam & testimonium, præsentes literas Nostras, ipsis Ecclesiarum Saxonicalium Ministris, pendentis & avthentici sigilli nostri munimine roboratas, clementer concessimus. Datæ per manus fidelis Nostri Reverendi Michaelis Cziaki Secretarii, & Cancellarii Nostri, Filiiqve Nostri Serenissimi in Civitate Nostra Alba Julia d. 10. Julii Anno 1559.

Johannes Electus Rex. m. p.

Approbatio ex subscriptione in Confessionis avthentico conspicua, patet.

Post hæc, dies 18. Augusti Anni 1559, collationi publicæ destinabatur, in qva *Matthias Heblerus, Superintendens Generalis*, Vir admirando ingenio, doctrinâ & eloqventia, magnificaq; vi ea explicandi qvæ animo conceperat, *præditus Præ-*

Præsidis, M. Dionysij Alesius Ecclesiæ Fönesiensis Pastor, & Ecclesiarum, Hungaricarum, Lutheranis dogmatibus adhuc assentientium Superintendens, vero *Respondentis* officiũ subibant, & *Mediæ* in consessu plurimorum tam Saxonum qvam Hungarorum, *Francisci Davidis & Gasparis Helti* opponentium, Sophisticationes felicissime eludebant, eoqve adigebant, ut confusi eo se recipere cogerentur, unde cum Sociis tanto fastu, & tanto apparatu arrivarant, ac si Cœlum Gigantea sua audacia expugare venissent.

Cibiniensium Zelus in tanto periculo imprimis exinde videbatur, qvod nullis non precibus illud unicum peterent, atq; hortarentur, ne vel latum ungvem ab ea doctrina qvæ hactenus per aliqvod lustra in Ecclesiis Saxonicis pure sonuisset, secederent, Saxonicarum Ecclesiarum Ministri, hanc enim ipsissimam veritatem, ex verbo Dei agnitam, adeoq; Dei amanuensium & piorum Patrum scriptis consonam, ipsi constanter affirmare, nec ullis modis & rationibus, aliam ab

Szekely Udvarhely Szekely Muzeum Tudomanyos Egyesulete
Székelyudvarhely

ab hac doctrina, ferre & admittere constituerint.

Infelicior ergo ex parte *Calvinianorum* successus fuerat, qvam ut gloriari de eo potuissent, ne autem malum aliqvot sibi exinde attraherent, *Melius, Davidis & Heltus* in id amice conspirabant, ut odiũ Nobilium & Principis, Saxonib9 compararent, in qva re tanta majore spe lactabantur, qvanto acerbiori luctu, *Johannes Sigismundus, jam Transylvaniæ Princeps, & Hungariæ Rex Electus*, ob *obitum Matris*, qvæ hoc Anno 1559. in vivis esse desierat, angebatur. Sed cum in aperta dissidia res ruere videbatur, & exhinc oritura pericula, jam nunc mente & cogitatione præsagiret Princeps, precibus Lutheranorũ stimulatus, decernebat, ut Ministri Ecclesiæ utriusqve Religionis, publicis scriptis, sententiarum collationem instituerent, si forte hac ratione, intestina odia consopiri, & animi opinionum diversitate distracti, in concordiam reduci possent,

sent, datisqve Mandatoriis, serio ut rem agerent utrisqve injungebat.

Conveniebant itaqve denuo *Mediam* ad d. 10. Januar. Anno 1560. *Saxonicarum Ecclesiarum Ministri*, ibiqve Præside *Heblero*, totam doctrinam de Sacra Domini Cœna, firmissimis argumentis ex verbo Dei, omniumqve Doctorum, & Patrum Ecclesiæ, unanimi consensu petitis, octo Tractatibus confirmatam, comprehendebant, explicabant, & Thesin cum Anti Thesi per columnas egregiè dispositas omnibus clarissimè proponebant, ut primo intuitu unicuilibet pateret, Lutheranorum & Calvinianorum Doctrina. His intellectis Franciscus Davidis & Gaspar Heltus, etiam accurrebant, & per varios dies de adnotatis Thesibus disceptabant, cum Heblero & reliqvis invariatæ Augustanæ Confessioni addictis, sed ex hinc post satis prolixam disceptationem, nihil minus qvam exoptata Ecclesiarum concordia, seqvebatur, nam Davidis & Heltus, utriqve in

Szabadszabadvárlevéltár Tudományos Szolgáltatóhely

in ſententia Calvini perſeverantes, calumnias etiã & mendacia ad rudiores decipiendos ſpargebant, omnes Academias purioris Doctrinæ in Germania, in ſua ſtare ſententia, imprimis Academiã Wittenbergenſem, cujus maxima ſit, & fuerit & futura ſit authoritas eandem approbare, Lutheranorũ Saxonum vero improbare, adeoqve ſuam veram horum vero falſam eſſe. Regerebant Saxones juxta ſcripturas rem eſſe dijudicandam, in Academiis his homines vivere, qvi etiam facile labi potuerint, nec eorum ſed Dei judicio ſententiam ſeu Dogma ad ſalutem æternam conducens ſtare. Et ſic re infecta in ſua qvilibet ſe conferebat. Saxones ex ſcriptura ſacra ſuis Doctrinam de S. Cœna continuo proponebant, Sacramentarii ſeu Calviniani, uteo majori cum fucceſsu doctrinam ſuam ingeretent Laicis atqve rudioribus, ad conſenſum doctrinæ provocabant, usqve dum re ad Principem delatâ, mandata utraqve pars acciperet, in qvibus

qvibus denuo Mediam confluere & poſt collationem ſententiarum, doctrinam de cœna breviter & perſpicuè tradere jubebantur.

Conveniebant ergo denuo d 6. Febrii Anno 1561. & per aliqvot dies utrinqve rem magna contentione, multisq; ſcriptis agitabant; *Franciſcus cum Calvinianis, Calvini* dogmata ut hucusqve defendebat, *Corpus nimirum & ſanguinem ſpiritualiter, nec ore ſed corde ſeu fide ſumi; Saxones* vero *Lutheri ſententiam, Corpus & ſanguinem verè ſacramentaliter & realiter ſub pane & vino manducari, & bibi*, probabant & hanc ſuam confeſſionem & ſententiam, XIV. Propoſitionibus, comprehendebant, eamqve cum brevi Confeſſione alia, de Cœna Domini, Decreto Principis, præcipuarum Germaniæ Academiarum judicis & Cenſuræ, ſubjiciebant, per *Georgium Chriſtianum, Paſtorem Heltenſem, Capituli Cibinienſis Decanum, Nicolaum Fuchſium, Honigbergenſium Antiſtitem, Decanum Capituli Coronenſis, & Lucam Unglerum, Gy-*

Haáz Rezső Múzeum - Tudományos Könyvtár
Erdélyi Múzeum-Egyesület

Gymnasii Cibiniensis Rectorem, publico & communi Universitatis consensu ad illud expeditos. Et ut Laicis etiam series rerum tran actarum innotesceret, idiomate Germanico vulgari, publice in Templo Mediensi loco Concionis prælegebant. Institutum non patitur ipsam confessionem adscribere Nomina tamen eorum qvi Confessioni subscrpserunt adjicere placet, eaqve eadem serie qva in Editione Selnecceriana scripta reperio.

Nomina Eorum, qvi huic Confessioni suo & fratrum absentium nomine subscripserũt.

Mathias Hebler, Pastor Ecclesiæ Cibiniensis & Superintendens Saxonicæ Ecclesiarum, sic in Domino sentio & toto corde credo.

Dionysius Alesius, Pastor Ecclesiæ Fonesiensis, agnosco has propositiones esse perpetuam doctrinam Catholicæ Ecclesiæ Dei m. prop.

M. Sebastianus Carolus P. Eccl. Saxopol. subs.

Mathias Glatzius, Decanus Generalis, meo & Fratrum absentium C. Megy. nom. subscr.

Georgius Christianus Dec. Capituli Cibiniensis suo & suorum fratrum nomine subscrib.

Jabobus

Jacobus Fischer, Decanus Coronensis suo ac omnium Fratrum nomine subsc.

Christianus Pomarius, P. Eccl. Lechniensis & Decanus Capit. Bistriciensis, suo & omnium Fratr. ejusdem Capit. nomine subscripsit.

Michael Kuntz P. Eccl. Kysdensis, ac Dec. C. Kysd. suo & omn. Fr. ejusd. C. nom subscr.

Martinus Hevtzius Past. Eccl. Kelniciensis ac Dec. Cap. Kosdi, suo & Fr. nom. m. p. subscr.

Paulus Hangasius, P. Eccl. Kisselkensis ac Decan. suo & suorum Fr. nomine subscr.

Albertus Kursner, P. E. Bistric. m. pr. subscripsi.

Franciscus Salicaus P. E. Byrthalb. m. p. subs.

Christianus Kosthius, P. E. Muschn. m. p. subsc.

Jacobus Mellembrigerus, P. E. Sabesi. m. p. s.

Georgius Helthen. P. E. Megyen. p. m. subscrip.

Petrus Ludovicus P. E. Mettersdorffens. sub.

Petrus Arcusinus, Concionat. E. Coron. m. p. s.

Stephanus Gross, P. E. Homersdorff. m. p. s.

Mathias Totschner, P. E. Dipsensis m. p. subs.

Joh. Begnerp P. E. Helvin. in conf. or. firmas.

Nicol. Fuchsius, P. E. in Hergberg, m. p. subs.

Georgius Jungk, P. E. Segeswar. m. p. subs.

Christianus Messa, P. E. Rosenauensis, m. p. s.

Lazarus Ryssenaorffius P. E. Parathianam p. s.

Christiano Schesæus, P. E. ad S. Thobiam, m.p.
Mathias Gycolai P. E. Sardiensis juxta Ibam.
Laurentius Kleyn P. E. Solnensis in distr. Bistr.
Georgius Jungling P. E. Lapidensis, subscr.
Blasius Koch, P. E. Ibesdorffensis, m.p.s.
Michael Longevallensis, P. E. Montismartini.
Dominicus, P. E. Pudendorffensis.
Jacobus Fabricius P. E. Bogatiensis.
Valentin. Crispius, Conc. Hungarorum Cibin.
Leonhardus Hermannus, P. E. Etzellensis.
Bartholomaus Durlesius, P. E. Capusensis,
Petrus Basnensis, suo & suorum nomine subs.
Johannes Gebharth, P. E. Bonnsorffensis.
Valentinus Cronerus, P. E. in Sitwa.
Thom. Frid. de Koresch, P. E. Welcensis.
Stanislaus Megariensis, P. in Kyrberg.
Johannes Homrich, P. in Longavalle.
Demetrius Aunerus, P. E. Schinensis.
David, P. E. Billesdorffensis.
Georgius Schonhewer, P. E. Schinensis.
Franciscus P. E. in Wurmloch.
Christophorus Schemert, P. E. Jacobitæ.
Christianus Herman P. E. Waltheidensis.
Johannes Brum P. E. Busdensis,
Georgius Albertus, P. E. Magariensis.

Simon

Simon Wernerus P. E. Almadiensis.
Georgius Trainer P. E. Nimisiaua.
Michael Radaschinus, P. E. Bartphensis, legi, intellexi, & probo Confessionem Saxonicarum Ecclesiarum in Transylvania, de Cœna Domini. Idem enim & nos credimus, docemusq; in nostra Ecclesia, quòd in sacra Cœna utentes pane & vino, juxta institutionem Christi, non nuda elementa, sed cum eisdem verum naturale corpus & sanguinem Domini accipiant, pariter boni ad salutem & mali (qui in eodem cœtu sunt) ad judicium.

Thomas Fabri, Rector S. hole Bartphanæ, perlecta sententia scripti hujus Ecclesiarum Saxonicarum, non tantùm fateor, me illi toto pectore assentiri, verùm etiam oro Filium Dei, ut me in ejus confessione usq; ad extremum articulum vitæ meæ conservet.

Johannes Kynzelius, Pastor Tornoniensis, credo & doceo cum piis Saxonicarum Ecclesiarum in Transylvania ministris, in sacrosancta Cœna Domini, porrigi non signa significativa, sed signa exhibitiva, verè & certò exhiberi nobis corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sicut verba sonant.

Szekely Tudomanyos Konyvtara

Rogetur Filius Dei, ut ista fides in omnibus Ecclesiis illæsa maneat.

Calvinianorum etiam fuisset, suam de doctrina S. Cænæ eodem modo conscribere, sed fugiebant lucem, & qvi hucusqve semper consensum Ecclesiæ creparant, eundem expavescebant, nec inveniebantur, qvi Legatis Saxonum se adjungerent, ne tamen eorundem sententia, Academias lateret, qvam superiori anno typis Claudio politanis imprimi curarant, *Confessionem Calvinianam*, secum in Germaniam vehebant Saxonum Legati.

Feliciter ubiq: res in Saxoniã euntiũ succedebant, nec parum eosdem literæ ad *Potentissimum Electorem Saxoniæ &c. a Johanne, Serenissimo Transylvaniæ Principe datæ*, juvabant, ita ut sospites Anno 1562. præter approbationem Confessionis, tanqvam Scriptis Apostolicis congruæ, & cum doctrina Ecclesiarum Saxonicarum in Germania, qvarum consensus comprehensus in Confessionis libro, exhibitus est Augustæ Imperatori

ratori Corolo V. consentaneæ, varias Principum, imprimis *Potentissimi Electoris Saxonis, Doctorum item Theologorum ad Johannem Principem* literis, qvibus ut Lutheranos in Transylvania, digna proseqveretur benevolentia ac favore, puramqve eorundem doctrinam, a corruptelis Sacramentariorum constanter tueretur, amicè petebant & hortabantur, secum ferentes, redirent, & Academiarum harum consensu, auspicatissimè Svermerorum conatus infringerent Lutheranæ Religionis Confessores. Ob rejectam Calvinianorum doctrinã, Davidis fervor remissior qvidem jam erat, odium vero pristinum, qvod cum Calvini affectis, contra Lutheranos conceperat, hoc remedio sopiri non poterat, imo & viribus ingenii, & amaritudine animi exacerbati, pertinacissime utebatur, ad odia inter Politicos & Ecclesiasticos in perniciem Lutheranorum ruitura, serenda, hæc enim via adhuc supererat, qvâ, Ministris Ecclesiarum damna inferri, & a variis injuriis lacessitis, consensus in damnatis

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

tis dogmatibus, exprimi poterat. ed qvanto feliciori, in illo, tanto infeliciori in hoc gaudebat successu Davidis Apostata.

In Ferdinandi verba jurarat Balassius, cognomine Menyhart, & in festis armis Principem petebat, ad hunc domandum suscepta expeditione, nervum belli Proceribus procurandum mandabat, Princeps Johannes Sigismundus, qvi svasu Calvinianorum ut a plerisqve credebatur, maximos armamentarii sumptus Pastoribus Eccl. Saxonic. injungebant, molem certe talibus viris intollerabilem, cum autem injuncta præstare non sufficerent, acceptâ egregia pecuniæ summa, Laicis tandem idem negotium injungebatur.

Qvod Calvinianorum machinationes hæc effecissent ut credebant Lutherani, ita & finem eorundem augurabantur, ne igitur rebus suis deessent, A. 1562. ad d. 8. Martii *Cibinii* conveniebant, *Legatos in Saxoniam missos, hucusqve privatim tantum auditos, publicè audiebant,*

diebant, iisq; auditis, Rescripta Theologorum coram prælegebant, Augustanam Confessionem summatim repetebant, & ne vel latum ungvem qvisqvam a doctrina in eadem contenta recederet, severissime mandabant, aliqvot Ceremonias de prohibitis in connubiis gradibus, introductione puerperarum & consecratione Elementorum, Sacratissimæ Domini Cœnæ adjiciebant, & plura adiecissent, nisi fama captorum a Balassio Principis Castrorum, ad solvendam synodum congregatos compulisset.

Miserrimus tunc & ex Siculorum rebellione, oriebatur Transylvaniæ status, nec solum Politia, sed & Religio clades haud exiguas accipiebat, qvod crebritate & magnitudine Tributorum gravaretur Respublica, in Calvinianorum castra vero, & qvi hucusqve in Lutherana Religione permanserant, Siculi & Hungari transirent, nec paucis ex Saxonibus eorum dogmata arridere inciperent. Politicorum ergo fuisset Ecclesiam in his turbis juvare, sed magis

Hist. Rerum Mihoum Tudományos Könyvtára Szekelyudvarhely

magis Reditibus Ecclesiasticis inhiabant, qvam ut veræ Religionis curam in se suscipere studuissent. Præcipui inter hos erant *Schæsburgenses* & *Rupenses*, qvi omnibus *Proventibus* Ecclesias privare, alioqve salario Ecclesiarum Ministros sustentare, allaborabant, & privassent nisi auspicatò Princeps Transylvaniæ, Schæsburgum venisset, hac enim occasione arrepta, *Fratres Capitularum Rysl, Kosd*, Principi studia Politicorum suorum exponebant, Privilegioqve peculiari a Reditibus suis omnes Defraudatores arcebant, Privilegii Propositio in his verbis consistit.

Cum autem decimæ, non per Majores vestros, neqve per vos, verum per Divos Prædecessores nostros Reges Hungariæ a Fisco eorum Regio, ad qvem eædem divino & humano jure spectabant, avulsæ, Ministris Ecclesiarum qvi saluti populi ex officio invigilare debent, donatæ & collatæ sint. Nosqve pro functione Regia Nostra ipsas Ecclesias ac eorum Ministros in eorum

rum libertatibus, salvis decimis, Reditibus ac qvibusvis Proventibus ipsorum, qvo ipsi Ministri a sollicitudine acqvirendi corporali vacui, spiritualibus, eo diligentius incumbere possint, mediantibus literis Nostris Privilegialibus Ecclesiis Transylvanicis superinde concessis observare & observari facere statuerimus. Propterea Fidelitatibus vestris harum serie firmissime iterum mandamus, aliud omnino fieri nolentes, ut vos & qvilibet vestrum omninoin posterum Universas Decimas, Musti, frugum, avenæ, mylii, canabis, & aliarum terræ nascentium, nec non Apum Agnellorumqve, alios etiam qvoslibet reditus, Proventus & emolumenta, ipsis Parochis de jure, & ab antiqvo de Medio Vestri pervenire solita, tempore debito, pure & integre, liqvido, ac citra qvamlibet fraudem, dolum, fucum & defectum, prout Leges & justitia reqvirunt, eisdem reddere & restituere Modis omnibus debeatis, & teneamini. Secus nullo modo factu-

ri Præsentibus Perlect. Exhibit. restit. Dat. in civitate Segesvar Feria qvinta post Dominicam Reminiscere A. 1563.

Mox post domitam Siculorum rebellionem & pacem inter Ferdinandum & Solymannum, cui & Johannes, sub hac conditione includebatur, ut abdicato Regis titulo, Transylvaniam cum variis Hungariæ Superioris Comitatibo, teneret, & suis juribus, ac legibo, liberè, absolutè, ac perpetuo Regia authoritate possideret, & gubernaret, *a qvo tempore Transylvaniæ Principes titulum Partium Regni Hungariæ Dominorum usurpare cœperunt, & ad hodiernum usqve diem usurpant, ut Transylvania olim pars Regni, nunc partium Regni Hungariæ Domina appelletur, initam*, Regni res in melius vergebant, ut ergo de damno Ecclesiis illato resarciendo consultarent Ministri Ecclesiarum Saxonicarum, Cibinium ad d. 8. Martii A. 1563. confluebant, acceptisqve a Principe Johanne Sigismundo literis, in qvibus, ne circa Religonem ab Academiis adprobatam

batam denuo tumultus excitent, aut cultum vel ceremonias usitatas immutent, sed in semel agnita veritate persisterent, hortabatur, ut hucusqve, Doctrinam in A. C. comprehensam confirmabant, nec ab ea se unqvam recessuros promittebant.

Nec sic itaqve Davidis id qvod maximé avebat, consequebatur, sed fine, qvem ex *Pressuris* Ecclesiarum Saxonicarum, sibi speraverat, excidebat, ad eas ergo redire artes malebat, qvibus coram aut in suas partes traducere Saxones posset, aut ipse de falsitate dogmatis convictus, iis se adjungere valeret, disputationes & colloqvia intelligo, ad qvas ut eo facilius adspiraret in Georgii Blandrattæ Archiatri Aulici gratiam, cujus magna & apud *Principem*, & apud Magnates erat Authoritas, sese insinuabat. Nec fallebat spes, indicebat enim Princeps SYNODUM PROVINCIALEM *Enyedinum*, qvo, *Georgium Blandrattam*, cujo detestabiles de sacra Triade opiniones, nemini

Szekely Udvarhely Magyarok Tudomanyos Konyvtara

hucusqve innotuerant, cum plena authoritate mittebat, ut tanqvam Præses & moderator Colloqvio interesset, his literis commendatum:

Johannes II. Dei Gratia Electus Rex Hungariæ &c. Fidelibus nostris Reverendis, Honorabilibus, Superintendenti,, Decanis & Pastoribus ac universis Ministris Ecclesiarum Hungaricalium in præsenti Synodo Enyediensi constitutis.

Salutem & favorem.

Delegavimus ad præsentem Synodum cum pleno mandato & authoritate nostra, hunc præsentem nostrum Excellentissimum Georgium Blandratam, Doctorem nostrum Physicum, Virum gravem, Eruditum & in sacris literis non mediocriter versatum, ut Colloqviis & Differentiis vestris de Cœna Domini conciliandis intersit & universas rixas, inciviles tumultus, ac dissensiones

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

ones in ipsa Synodo, pro viribus sedare & compescere studeat, atqve hac occasione odia, injuriæ, contentiones inter eos, qvi Veterum Piorum Patrum assertionem & verum judicium pro manifesto verbo Dei seqvuntur, Præsentiam Corporis Christi affirmant: ac inter eos, qvi diversam intelligentiam ex verbis Cœnæ eruunt, sopiantur & subsidant, ut in Ecclesia Dei floreat vera Pax & Concordia. Statuimus autem magis è re futurum, si scripto utraq; pars suam assertionem proponat. Ita enim arbitramur fore, ut tum jurgia & convitia qvæ nonnunqvam ex incandescentibus hominum affectibus subnasci consveverunt, ac præter offensionem & scandalum infirmorum, veritas elucescat, qvod qvidem in usum & piorum ædificationem maximè

vellemus: Sin autem id, qvod postulamus, seqvi non poterit, saltem fiant ordinationes piæ in tranqvillitatem Ecclesiarum, ut Ecclesiæ Saxonicæ, & qvicunqve præsentiam Corporis in Cœna asserunt, habere possint unum certum Superintendentem, Virum gravem, pium, & eruditum, Gregi Domini sedulò in vigilantem, qvi in unitate Doctrinæ & Ceremoniarum conformitate ac Disciplina Evangelica Ecclesias gubernet & in sontes ac inobedientes dignâ pœnâ animadvertat. Rursus qvi diversam assertionem absentis videlicet Corporis Christi contendunt, suum habeant Superintendentem, cujus curâ & vigiliis, solitis ritibus & Ceremoniis, Ecclesiæ eorum in Disciplina Evangelica gubernentur, atq; ita distinctis limitibus & functionibus qvibuscunqve, suis omni-

omnibus prospiciant & Controversiæ ac contentiones passim inter utramqve partem grassantes, vel hoc modo sedentur: Mandamus igitur Fidelitatibus vestris, ut ipsum Georgium Blandratam honorificè in colloqvium excipere & pro Persona in hac functione à Nobis deputata habere, recognoscere & acceptare debeatis, simul etiam hortantes benevolè, ut collatis mutuis sententiis, veram & optatam Unionem atqve pacem in hac Cœnæ controversia complectamini. Datæ in Civitate nostra Alba Julia, Dominica Qvasimodogeniti A. 1564.

Johannes Rex Electus.

Licet vero spes incogenda Synodo non falleret Franciscum, fallebat tamen in successu. Postqvam enim maxima industriâ & & contentione res ex utraqve parte agebatur, & Calviniani, Calvini sui placita ex ipsius Scriptis, additis

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára Székelyudvarhely

ditis Bullingeri, Bezæ & Petri Martyris testimoniis probabant, Lutherani à Scriptura sine urgentibus causis non recedendum esse affirmabant, authoritatibusqve authorum allatorum, Authoritatem Heshusii, Martini Chemnitii, Selnecceri, Veterumqve Patrum, & aliorum qvorum Libelli auspicato introducti fuerant, opponebant, nec qvisqvā a sententia sua recedere volebat, usqve dum Georgii Molnaris Mors, a qvo tanqvam Hercule vel Gorgone aliqvo victoriam in animo sibi conceperant Calviniani, Calvinianos consternabat, ut post varias, easqve acerrimas contentiones discederent, & Lutheranis facultatem abeundi relinqverent.

Fractus ergo tot contentionibus *Davidis* novis rebus studebat, qvod cū aperuisset Familiari suo, *Blanarattæ*, hic jam tempus explicandi suum de Deitate dogma, ratus, cum videret Davidis, organum fore aptissimum, per qvod, merces suas putidas, situqve & carie

carie obductas ac detritas, publice venum exponeret, animum, sententiamqve suam, ea qva poterat facunditate Francisco explicabat, variisqve promissis a Calvinianismo ad Arianismum trahebat. Qvo obtento Principi idem toxicum in qvotidianis collocutionibus porrigebat, remotoqve *M. Dionysio Alesio*, qvi Principi hucusqve a Concionibus fuerat, *Franciscum* successorem deligebat, qvi callide & pedetentim Servetianam hæresim, qvam probe ex scriptis, Serveti, Gentilis aliorumqve scriptis concipiebat, post deceptum Principem reliqvis etiam Aulicis instillabat.

Exorta denuo bella tantum malum diu celabant, & Calviniani maximos processus sibi promittebant ex novis Davidis honoribus, Saxones vero miserandam Principis sortem lugebant, qvod ejurata Lutherana Religione, ad Calvinianos transiisset, usqve dum ex variis, puta Calvini, Simleri, Bezæ, & aliorum libellis, in qvibus Blandratta de

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

de transfugio accusabatur, & qvod perperam & impie sentiret de Sanctissimo, Sanctissimæ Trinitatis, Mysterio, Pædobaptismo, & aliis Religionis Christianæ capitibus, insimulabatur, Poloniqve, Hungari, & Transylvani admonebantur, ne Fratrem Blandrattam agnoscerent, fuisse illum socium Valentini Gentilis, qvi ob horrendam blasphemiam, non ita pridem rogo adjudicatus, & Bernæ exustus esset, innotesceret. Posthæc enim suspecta Calvinianis, qvi multum in aula principis versabantur, Francisci cum Blandratta intima familiaritas reddita, ansam iisdem subministrabat, accuratius in doctrinam Francisci, ejusqve Conciones inqvirendi, qvod cum agerent, non sine stupore, Apostatam Davidis agnoscebant. Nova ergo Ecclesiarum Calamitas exhinc oriebatur.

Petrus Melius apud Principem de tanto monstro qverebatur primo, deinde Synodum Fratrum Calvinianorum ad d. 24. Febr. A. 1567. Debrecinum coge-

cogebat, & cauturus, ne inter suos aliqvis deciperetur, Helveticam Confessionem, Anno superiori editam Tiguri, iis porrigebat, cui etiam subscribebant, & Symbolum eandē qvo a Lutheranis & aliis sectis discriminarentur, constituebant. Tandem a principe impetrabat, ut publica synodo Albam inuicta, causa Hæreticorum cognosceretur.

Non sibi timebat callidus & ad fallendum incautos, compositissimus Italus, qvod ex Synodo Enyediensi ingenia Hungarorum, Saxonumqve constantiam, & qvid qvisqve posset, exploraverat, imo in id incumbebat, ut tempus falleret, & editis libellis animos rudiorum sibi conciliaret. Felicissime omnia succedebant. Nam horrendas & abominabiles qvasdam imagines, per Typographum qvem Regis liberalitas Unitariis, sic enim dici volebant, concesserat, publici juris faciebat, his & aliis qvibusdam libellis, in qvibus doctrinam de Trinitate, non alienam a Fabulis poetarum, qvi Cerberum tricipitem

Szekelyudvarhely Tudomanyos Konyvtara

cipitem fingant esse, esse hydram multorum capitum, vel Gyorgone ipso portento Monstrosius, asserebat, animos Hungarorum & Siculorum qvorundam decipiebat, synodum autem in Annum 1568. protrahebat.

Illucescebat tandem Synodo destinata dies, ubi coram principe & proceribus, in palatio majori, inter Novatores, Saxonicarumqve & Hungaricarum Ecclesiarum Ministros qvorum illi, dogma istud: *Christum non extitisse in hypostasi aliqva, priusqvam in utero Dei paræ virginis conciperetur: Qvotiescunqve illi tribuantur in Scriptura Sacra, Divinitatis prærogativæ, eas accipiendas esse, respectu inchoati, visibilis sui Ministerii in hoc Mundo, & restaurationis nimirum, & recreationis humani Generis: atq; ita Christum præ Consortibus suis unctum, Deificatum tantum hominem, non verum & æternum Dei filium esse*, contra totius Scripturæ sacræ consensum; Isti vero Trinitatis Doctrinam, ex Scripturis Propheticis & Apostolicis, juxta continuum Ecclesiæ

siæ Catholicæ consensũ defendere contendebant. Disputantes ex parte Novatorum erant, *Franciscus Davidis, Georgius Blandratta, Paulus Julianus Rector Scholæ Albensis, Stephanus Basilii Pastor Hungarorum Colosvariensium, & Demetrius Hunyadi*: ex parte Trinitatem propugnantium, *Petrus Melius, Ecclesiæ Debrecensis P. Reformatarumq; ultra & cis Tybiscum Superintendens, Georgius Czegledi, Pastor Varadiensis, Andreas Sandor E. Devaiensis P. Paulus Turi P. Biharienſis, Laurentius Klein P.E. Bistriciensis, & Petrq Caroli, Rector Gymnasii Varadinensis*, & his Arbitri, ex parte Defensorum Trinitatis catholicæqve veritatis, *Matthias Hebler, Sebastianus Caroli, Caspar Helt, & Nicolaus Insulanus*; ex parte Novatorum vero, *Ludovicus Szegedi, Stephanus Czazmai, Nicolaus Starius, & Paulus Karádi*, a Principe addebantur.

Post occupationem Stationum, unicuilibet adjudicatarum, Disputationẽ cum fervore ordiebantur; Non hic consensum ullus crepare, aut ad eum pro-

Szeged Boriszó Múzeum Tudományos Könyvtára
Digitalizálva: Szegedi Tudományegyetem

provocare audebat, & ab initio Disputationis illud Novatores a Principe obtinebant, Patres enim Anti Christi Ministros, ex qvorum castris tota illa Papistarum agmina prodierint, fuisse asserebant, Scripturas autem esse qvæ veritatis dissidentes convincere qveat, ex profundissimisqve Scripturæ penetralibus atqve adytis, Spiritum revelationis, ipsis doctrinam a se propositam suggesisse, nec ulli mortalium a temporibus Apostolorum mysteria hæc plenius, planius, & perfectius patefacta fuisse. Cum autem catholicæ Veritatis Defensores, Auctores unde Novatores sua qvæ proferebant, ipsi vero conticescebant, qvemadmodum & spurii nomina parentum suorum prodere nolunt, producerent, & ex eis desumpta deliria, ex verbo Spiritus sancti, redarguerent, non eadem qva cœperant Novatores, alacritate Disputationem continuabant. Ipse Blandrata, cum qvarta Disputationis die a Czegledio urgeretur, qvem pridie

die ipse provocaverat, ut ad prolatum argumentum responderet, postqvam cogitabundus diu hæsisset, & Auditorium mire suspendisset, tandem respondebat, se non Theologum sed Medicum esse. Non deerat ergo objurgatio Arbitrorum, qva vocationis suæ eũ admonebant, & ut suæ professionis memor, a rebus, qvarum sufficientem cognitionem non haberet, abstineret, severius hortabantur. Eodem successu die sexta disputabat, a Magnifico enim Viro, Gaspero Beqves, inconstantiæ palam in os arguebatur, eo qvod teste Rege, & tota Aula, aliter a tribus anteactis Annis docuisset, ac tunc respondisset. Et cum antea Doctorem se corporis & animæ sæpe jactasset, nona die eo adactus est, ut in hæc verba de causa sua desperabundus prorumperet: Qvod ad me attinet ego nec scio, nec possum illud explicare, Raucedine enim laboro. Neqve sum ego D. Theologiæ sed Medicinæ, qvo responso Illustri auditorio risum movebat

Hadai Múzeum, Múzeum Tudományegyetem Székelyudvarhely

bat & acta illio die, inglorius claudebat. *Papai, l. c. ad A.* 1568. Claudebatur decima die Disputatio & licet satis de falsitate dogmatis constaret, eo tamen res redibat, ut sub judice lis penderet tantisper, donec eruditorum judicia temporis succcessu explicatius & dilucidius rem intricatissimam declararent: utrisqve vero severi edicto mandaretur, sub pœna capitis, ut a maledictis & aculeatis scriptis utrinqve sibi caverent, & abstinerent, qvibus alii aliorum famam vellicarent, neve qvisqvam deinceps alicujus dogmatis author haberetur, *ut ex iis qvæ Claudiopoli hac de re emanarunt, prolixius videre est*, qvo factum, ut non modo Aulicos seduceret Davidis, sed & Claudiopolitanos in suas casses, per Socium Confessionis Johannem Sommerum Pirnensem, scholæ ibidem Rectorem, perduceret, tanto qvidem successu ut Anno 1570. tota urbs, hoc doctrinæ veneno, ceu peste acerbissima, infecta esset. Aversabantur eandem ergo nec immerito Saxonicarum

nicarum reliqvarum Civitatum liberarum Judices, Senatores populusqve, eamqve a septem Civitatum ac Judicum numero excludebant. Tantum non ad rabiem irritati hoc facto Unitarii, contra sinceram de DEo doctrinam debachabantur variis blasphemiis, & Deum Trinum ex Regno se expulsuros minabantur, idqve ferro & igne. Sed verba erant, unde Davidis Claudiopolitanorum, & Religionis suæ infelicem successum præsagiens, ea, qvæ apud Principem auctoritate pollebat, ut in publicis Comitiis causa Claudiopolitanorum dijudicaretur, obtinebat. Proponebat rem, Vasarhelyinum congregatis Proceribus, nihil tamen vel Princeps, vel Davidis ab iis, idqve post gravissimas de statu Reip. ac Religionis consultationes, qvam ut sub unitariæ religionis nomine, certis articulis obstricti, in Urbe Claudiopolitana degere debeant, impetrabant.

Ex his Comitiis Fratres Laszlenses, intercessione Domini Michaelis Cziaki, perpetuam Census cathedracici relaxa-

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Szekely Udvarhely

laxationem, ac omnium onerum & gravaminum, exceptis Taxis Generalibus, in qvibus, levamini Capituli Kosdi, de singulis ſſ. partem 18. ſ. de ſſ. 100. ſſ. 5. den. 10. deponere debeant, asportabant.

Finitis sic feliciter Comitiis, Proceres ad sua revertebantur, post qvorum discessum, cum ad Arcem Gergeniam animi relaxandi gracia, a Francisco Davidis comitatus Princeps, iret, ingentibusqve minis *Augustanæ Confessionis & Reformatarum Ecclesiarum Confessoribus* extrema qvæq; minaretur, carpento a via cursum deflectente, in trivium latus ac insignitor læsus, concurrentibus aliis ut solet morbis, d. 2. Martii Anni 1579. exspirabat, eo plane tempore, qvo *Davidis* cum *Blandrata* aliisqve Arianorum dogmatum assecla, scriptis etiam in publicum vulgatis, *aureum seculum sibi promittebant, qvo totus orbis in eorum dogmata esset consensurus, sicqv; fore unum ovile.* Herrman. l. c. ad A. 1571.

Jam enim eo flagitii devenerant, (sunt verba Isthrauffii Libr. XXIV. p. 337. col. b.) *ut corruptii Blandratæ, (adde & Davidi) opera Principe & Beqvessio, nemo nisi Arianus in pretio foret, nemini Magistratus, nec Præfecturæ nisi ea peste infectus darentur: plurimiqve officiorum ambitu, nec ullo conscientiæ pavore, adeo fœdissime atqve impudentissime prolaberentur.* Excepto vero e vivis Principe, omnia inverso ordine fiebant. Succedebat scilicet Johanni Sigismundo, non qvem Successorem ipse denominaverat; *Beqvessius*, cum ob fastum atqve arrogantiam, qvam vivente Principe, nimiam & formidolosam induerat, & innovatos Arii errores, maxima Nobilium & Plebis pars eum maximo odio perseqveretur; sed *Stephanus Bathori de Somlyo, gente Hungarus, Filius Stephani Palatini Hungariæ, & Nepos Stephani, qvi A. 1444. in pugna ad Varnam cum Rege suo perierat*, omnibus cæteris formæ ac staturæ dignitate, rebusqve domi forisqve præclare gestis, facile anteferendus, qui d. XXVII. Maji ejusdem Anni, publicis omnium suffragiis, magna populorum acclamatione Princeps salutabatur, & mox ab utroqve Imperatore, Romanorum ac Turcarum confirmabatur; a Maximiliano qvidem ea conditione, ut se pactis nuperrime initis accommodaret, qvibus erat conventum, ut qvi Johanni Sigismundo successurus esset, fiduciarii qvidem Vayvodæ Titulo, sub Cæsaris Clientela esset, sed absoluta rerum omnium potestate fungeretur.

Cum ergo sapientiâ virtute & Eruditione, Pietate item in Religionem & Rempublicam aliisqve pacis & belli artibus, sui temporis omnes penè Principes longe antecelleret, Regiminis sui initia feliciter auspicari commodum putabat, si omnium primo, turbatæ Religionis curam susciperet. Hoc respectu omnes Arianos ex aula ire jubebat, Anno vero 1572. ad d. 2. Maj. qvod etiam inter has revolutiones in cœlestem Patriam migraverat, Vir per-

Digitalis Szekelyföldi Könyvtár - http://www.tudomanyos.kmdt.ro

perpetua memoria dignus *Matthias Hebler*, de A.C. pretioso deposito egregie meritus Ecclesiarũ Saxonicarum Superintendens; & Ecclesiarum Saxonicarum turbatio propter ritus quosdam exorta fuerat, per Mandatorias, Synodum Mediam cogebat, ubi per Legatum suum Venerabilem Dominum, M. Dionysium Alesium, ut juxta hos articulos se conformarent, congregatis præcipiebat.

1. *Synodus sancta debet congregari in Ecclesia Majore & invocato Numine Spiritus S. unanimi consensu, voce & corde, pura aq; mente ad tractãda Fidei & Ecclesiæ jus negotia eo procedere debent congregari.*

2. *Et quemadmodum in omnibus tam generalibus, quam particularibus & nationalibus Synodis fieri consuevit, data fide jurent singuli, quod depositis omnibus vitiosis affectibus, ira odio & simultate aliisque animi perturbationibus, vitiorum flammis, pio candidoque pectore in Ecclesia & electione sua suffragia quilibet dare volit. Cujus in exemplatum veteres historiæ, tum præsentium temporum acta in Synodicis congressibus abunde subministrant.*

3. *Singuli Ministri Ecclesiarum data fide jurent, quod normam sanæ fidei, doctrinæ Evangelicæ cujus summa comprehensa extat in Confessione Augustana inviolabiliter velint conservare, nec ab illius sententia vel latum ungvem discedere & ab ea deficere: nec quicquam contra ipsam innovare, immutare, vel etiam detrahere.*

Cum enim illa tempore difficillimo durissimo & periculosissimo ab his sit scripta, qui fuerunt lumina Ecclesiæ, atque Invictissimo, Imperatori Carolo V, Augustæ exhibita & ab eo recepta, approbata & confirmata sit, & consensum habeat totius ferme sententiæ Ecclesiarum Germaniæ & aliorum Regnorum ut Daniæ &c. non poterit nec debebit approbati judicii, citra grande Sacrilegium & Ecclesiæ Catholicæ offendiculum abrogari & labefactari, saltem ab administratore Superintendentiæ.

4. *Administrator Superintendentiæ habeat potestatem exequendi omnia ea quæ sunt juris superintendentiæ, donec accesserit ad hanc Unionem Ecclesiarum Saxonicarum in Transylvania, judicium & approbatio Ecclesiarum ita pieque judicantium in Germania. Aut alioqui detur aliquis, eruditione pietate moribus gravissimus, qui perfecto sedere valeat ad gubernacula, ut hoc pacto infirmi confirmentur, consensu & Confessione testificatione que Ecclesiarum reformatarum, & errantes revocari juvarique possint.*

5. *Ulterius vult Princeps Illustrissimus, decreto Synodi status firmiter, ut Violatores Augustanæ Confessionis & turbatores consensuum & omnis Ecclesiasticæ ab officio deponantur, & eorum bona ad fiscum suæ Celsitudinis cedant.*

6. *Mandat hoc quoque sua Celsitudo, ut siquis per superbiam, (φιλονεικιαν) simultatem & alios inordinatos animi affectus, Administratori Superintendentiæ in rebus honestis & gloriosis in*

Erdélyi Múzeum-Egyesület Könyvtára
Székelyudvarhely

Dei JEsu, & Salutem Ecclesiæ denique ad concordiam salutarem & consensum tuendum spectantibus, parere nollet, per unam atque alteram admonitionem, si non resipuerit ab officio deponatur.

7. *Ejusdem Celsitudo Vult Symbola Synodica, Apostolicum quod dicitur, Nicænum, Athanasianum, confessione & attestatione Synodi illustrari, repeti & confirmari, ut posteritas agnoscat, & intelligat fidem Catholicæ Ecclesiæ Christi, ac discernat eam ab omnibus Fanaticis opinionibus, & gentium, idolorum, ac hæreticorum furoribus.*

8. *Vult quoque proponi assidue doctrinam de pœnitentia, de fide, justificatione de bonis operibus, lege Dei, mandatis in Ecclesia, similiter doctrinam de Sacramentis divinitus institutis, Baptismo & Cœna Domini.*

9. *Et quia, quemadmodum in Ecclesia Christi Jesu Domini nostri una est fides, ita etiam uniformis debet esse externarum ceremoniarum cultus, quippe domum Dei decet sanctitudo, & Domus Dei debet esse ordinata: ideo Vult Sanctissimus Princeps de cultu ceremoniarum observandarum, utpote indumentorum, luminarium & similium ut ex unitate eorum quæ sunt visibilia, ad eorū quæ sunt invisibilia, ad agnitionē scil. Dei, unius fidei, unius baptismi, secundū Apostolorū dictū, homines perducantur. Siquidem non immerito Principē piissimum cepit admiratio, in præterita peregrinatione, dolor acerbiqve*

niqve non parvus, propterea, quod Bistricienses & alias nonnullas Ecclesias Saxonicas ab unitate Ecclesiæ segregatas ac prophanatas in Ceremoniis tantum conspexerit. Curanda igitur Superintendents Reformatio Ecclesiarum Saxonicarum deformatarum, & statuenda in unitate fidei pariter ac cultus ad laudem Dei omnipotentis, qui est benedictus in secula seculorum.

10. *Anathemate sunt feriendi omnes qui de Jesu Christo & Spiritu Sancto ab Ecclesia Catholica dissentientes Mahometismum aut Atheismum inferre volunt.*

11. *Anathemate sunt feriendi omnes negantes animarum immortalitatem & resurrectionem horum corporum, in quibus viventes vitam animalem, pœnas peccati originalis & alias persecutiones pro veritatis confessione ferre coeimur.*

12. *Quia vero Magistratum omnes, omnium ordinū & graduum sunt & dicuntur servi Dei Rom 13. custodesqve utriusqve tabulæ Decalogi, diligenter edoceri debent in publicis concionibus, & commonefactionibus commone faciendi de dignitate & officiis Magistratus Politici, ut sciant se divinitus electos esse, non tantum ut corpora tueantur, aut divitias cumulandis inhient, sed ut servent vocem Decalogi in externa disciplina, honestas leges sanciendo, interpretem vocem Legis divinæ: Prohibeant edicto publico falsa dogmata, blasphemias horrendas adversus Deum verum unum & trinum: arceant ab ovili lupos, aut sofurere non desinant, etiam pœnis cor-*

Haáz Rozsné Múzeum Tudományos Könyvtára
Székelyudvarhely

corporalibus affectos tollant e Cibis ut sit pax Ecclesiis Dei, & scandala qibus ira Dei provocatur, cessent.

13. *Statuant etiam de aliis utilibus Ecclesia Dei, pro judicio sancta Synodi, imprimis autem rebus hanc annectant juramenti formam, qua & inposterum omnibus ordinandis proponi debet:*

Ego N. N. testem invoco in animam meam, coram praesentibus Reverendis viris, meae ordinationis testibus & sancta Ecclesia, aeternum Deum Patrem, Filium & Spiritum S. me inviolabiliter doctrinam Evangelii, cujus summa comprehensa est in A.C. ad extremum usq; halitum conservaturũ, & auxiliante Spiritu Sancto adversus omnes haereses defensurum, in eaq; velle vivere & mori. Ita me Deus adjuvet.

Non erat qi ogganiret, imo post electũ Episcopũ M. Lucã Unglerũ P. E. Birthalbensis, voce & corde cuncti promittebant, se nihil patrãturos qvod Ecclesiae obesse ullo modo qviret.

Unicum tamen a multis maxime in hoc Principe exagitabatur, qvod ejus permissione Jesuita Transylvaniam intraverant. Vix enim recepti erant, ubi in primis Regni Comitiis, adsistentibus Nonachis, qvi adhuc diversis in locis latebant, suisqve libertatibus gaudebant, Principem urgebant, ne Lutheranos tanto favore prosequeretur, sed eosdem cum Reformatis exilio mulctare nunqvam dedignaretur.

Licet ergo Princeps iisdem responderet, se Regem esse Populorum non Conscientiarum, triaqve Deum sibi reservasse, 1. ex nihilo aliqvid facere, 2. futura scire, 3. Conscientiis dominari, turbas tamen eos movere nunqvam desituros, plurimi praevidebant, qvibus inconstantia Hungarorum, animusqve Novitatis avidus perspectus erat.

A. 1573. qvod ipso Authore Articulis Synodalib, inferum fuerat, exeqvi suum existimans, Ungleto, Mediãq; ad d. 20. Maij Synodũ convocabat, ubi post repetitam Doctrinae summam, omnes Ministros Ecclesiarũ, qvod sedulo eandẽ suis proponere vellent affirmare faciebat, vitaeqve piae admonitos in sua dimittebat.

Nihil jam aderat, qvod pacem & concordiam, felicitatemqve Ecclesiarum perturbare posse visum fuisset, sed qvemadmodum nulla tam modesta felicitas est, qvae vel invidiam sibi compararet, vel malignitatis dentes vitare posset, ita & Patroni Ecclesiarum, hos qvi Ecclesiis praerant odio prosequebantur, iisqve qvibus magis favebant Paraecias suas conferre non modo volebant, verum etiam Pastoribus ejectis conferrebant, qvorum Conatus hoc diplomate compescere Princeps compellebatur.

Stephanus Bathori de Somlyo Vayvoda Transylvaniae & siculorum Comes Universis & singulis, Spectatissimis, Magnificis Dominis Comitibus, Vice Comitibus, qvorumcunqve Comitatuum, item Capitaneis, Capellanis, Provisoribus Arti-

Fazz Kezeő Múzeum Tudományos Könyvtár Székelyudvarhely

Artium, & aliorum qvorumlibet locorum Præfectis, Arendatoribus eorundemqve vicem gerentibus; nec non Prudentibus, Circumspectis Magistris Civium, Judicibus & juratis Civibus qvarumcunqve Civitatum Oppidorum, Villarum, & Possessionum, earumqve Rectoribus modernis & futuris, ubivis in ditione Nostra constitutis & existentibus, præsentes visuris salutem & favorem. Ex significatione honorabilium Magistri Lucæ Ungleri Pastoris Ecclesiæ Muschnensis & Decani Generalis Ecclesiarum Saxonicarum intelleximus: Qvamvis inde ab antiqvis temporibus Parochias & Plebanatus dictarum Ecclesiarum Saxonicarum, sub sua administratione existentium, non ex simplici collatione Dominorum terrestrium, sed rum Confirmatione Dominorum Prælatorum legitime tenuerint possederintqve, nihilominus tamen essent plerique, qvi dictos Plebanos nulla habita ratione Confirmationis eorum, eos ejicere niterentur. Volentes igitur omnes status & ordines qvantum in nobis est in hactenus usitata eorum & firma consvetudine conservare, cum & alioqvin indignum censeamus, privatis qvibuvis Ecclesiasticam potestatem sibi usurpare, pro libitumqve suo personas Ecclesiasticas ejicere. Pro eo harum serie committimus Vobis & mandamus firmiter, qvatenus a modo, deinceps vos qvoqve Universos Pastores Ecclesiarum Saxonicarum sibi subjectarum in præscriptione eorum Parochia & Plebanatu inqve suis libertatibus consvetudinibus hactenus observasis, modis omnibus

omnibus conservare & per Vestros conservari facere debeatis & teneamini, neqve in illis qvovis modo turbare & damnificare præsumatis, nec sitis ausi modo aliqvali. Secus non facturum. Data Alba Julia Anno 1673. d. 10. Novembr.

Jesuitis autem oculi dolebant, qvod Ecclesiarum Saxonicarum Ministris omnia ex voto cedebant, Proventibusqve suis felices uti poterant. Concitabant ergo Principem A. 1574. ut Proventus eorundem superfluos iis circumcideret, additis variis consiliis, mediisqv qvibus sub specie juris, facili opera, usui suo eosdem destinare qveat, sed qvemadmodum supra aures obstruxerat Princeps, ita nec hac vice, in alienam messem falcem mittere volebat, ansam tamen hac res Ministris Lutheranis subministrabat Synodum cogendi, Cibinium, & de Vita Moribusqve Pastorum ne ex superbia, qvam aliqvi in vestitu & Comitatu suo ostendebant, majores Proventus qvam habeant, concluderent aulici, & unius ob noxam, totus ordo lueret.

Excipiebat Synodum hanc Nationalem A. 1574. Provincialis, postqvam *Franciscus Davidis*, alias nullis dialecticorum laqveis vincibilis, eum Vertumno aut Promotheo volubilior esset, a propria Uxore, mirum in modum coarctatus, & infamia publicè notatus, omnè sui existimationem & apud suos amiserat. Convocabatur eadem a Principe Bathorzo, *Enyedinum*, ut ejus & vita & Doctrina cognosceretur, qvod cum fieret, tam horrenda ei

Haász-Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Szekely Udvarhely

objiciebat flagitia Actrix Uxor, testibus omni falsitate carentibus, signisqve evidentissimis, ut omnium consilio indignus Uxore, imo hominum consortio judicaretur, mulierqve a tanto carcinomate sejungeretur.

Posthæc *Stephanus Bathoreus ad Sceptrum Poloniæ evocatus, Successorem* sibi in Transylvania *Christophorum fratrem* designabat, convocatisqve *M. Luca Unglero Superintendente Generali Ecclesiarum Saxonicarum, Francisco Alesio, & Lazaro Fabricio*, cum aliis coram Principe Fratre, eos Sacramento obstringebat, ne vel latum ungvém a Confessione Augustana secedere præsumeret, Fratri vero injungebat, ut in hac professione fidei Ecclesias Saxonicas ab omnibus impetitoribus defenderet, cum omnibusqve eorum Privilegiis foveret. Non detrectabat novus Princeps Fratris Regis hortationes, imo ut benevolentiæ suæ signum aliquod pateret mox *Diploma Isabellæ*, in qvo omnia Saxonum Privilegia tam Decimalia qvam Jurisdictionalia confirmantur, nomine suo muniebat, eorum violatoribus mulctam 200. fl. decernebat Sacramentoq; se obstringebat, qvod ipso vivente nil mali Ecclesiæ prædictæ passuræ essent.

Ne ergo sibi ipsis deessent Saxones, utraqve Saxonum Universitas Cibinium evocabatur communi consensu, ubi pro Concordia inter utrumqve statum alenda, salubertima consilia agitabantur, conditisqve variis Articulis,

culis, communibus subsidiis, Prima omnium Ecclesiarum Saxonicarum Visitatione per Superintendentē Lucam Unglerum instituebatur, A. 1577.

Dum hæc inter Saxones aguntur, contentiones inter Serveti Discipulos, *Albæ Julienses* & *Claudiopolitanos* flagrante inter *Blandratam* & *Franciscum Davidis* controversia, oribantur, qvorum ille invocandum Christum asserebat, hic omnem cultum Christo denegabat, qvas ut componerent, *Faustum Socinū Senensem*, qvi post obitum *Lælii Socini*, Patrui sui, Tiguri delituerat, & modo Basileæ, Lælii cōscriptis nec tamen evulgatis scriniis, immoriebatur, evocabant. Faustus itaqve futuri certaminis hyperaspistes *Blandratta* sumptus ferente, Claudiopoli, a Medio Novembre A. 1573. ad Aprilem A. 1579. Francisci Davidis hospitio fruebatur, sub qvo tempore, serio de inuocatione Christi disputabant. Postqvam autem Davidis, qvi fatali existimationis suæ clade nupera, ad rabiem usq; exagitatus, vix mentis compos, novas qvotidie Theses atqve hypotheses sententiæ suæ probandæ causa sibi effingeret, scilicet *Christum esse nudum hominem, non a Patre ab æterno genitum*, nec ab *initio ante omnes creaturas a Deo creatum, nec ex* [illegible] *Spiritus S. in utero Mariæ conceptum*, *sed ex humano Joseph semine prognatum, ut qvilibet homo ex semine Paterno generatur; mortuum non ut Satisfactorem, collocatum ad dexteram sine ullo*

Hans Herzog Muzeum Budapest Kőnyvtár
Szekely Udvarhely

Mediationis officio, & qvæ vel Judæorum Turcarumqve nugas aqve blasphemias impietate vincebant; hæreqve vulgo innotescerent, Blandrata cum Socino reliqvisqve assecla, metuentes ne tetri hi errores sibi etiam imputarentur, seriem disputationis Principi deferebant, satius enim putabant rem prodere, qvam in apertissimum vitæ & Fortunarum discrimen incidere.

Cognitis tam blasphemis assertionibus, Princeps custodiæ satellitum in ædibus Parochialibus eundem committebat, mox coacta Synodo, Consessui Procerum & Pastorum commendabat, ut cognita causâ, eundem vel condemnarent vel absolverent, vel si ad meliorem frugem reduci qvirent, informarent. (Multum Francisco hic prodesse potuisset, *Christophorus Halmagius, Vir nobili loco natus, magnaqve potentia pollens, sed cum nuper, se gladio, Francesis dogma propugnare velle juraret, paulo post, (sunt verba Herrmanni l. c. ad A. 1577.) ingenio doloribus turpiter vitam finierat, ac cœpuerat.*) Introductq; in congregationem, interrogabatur, Num illarum assertionum Author esset, qvis non solum vulgus suas diceret, sed & hi, qvi antea ipsi conjunctissimi fuissent sibi adjudicarent, qvo, ab initio moti certaminis, se idem qvod alii, qvi in ipsum jam solum fabam cuderent, docuisse, respondebat, Idem asserebat *Lucas* qvidam, *David Gener, Claudiopolitanorum Notarius Publicus, & Dragetta Sandor, complices ut*

Notosvari.

Blasphemiarum, sic & vinculorum; convictus tamen, ad æternos carceres condemnabatur, & triduo post Devam, transmittebatur, ubi irreqvita conscientiæ aestro excitatus, fractis jam partim senio, partim sollicitudine viribus, & horribili modo exagitatus, per triduum sine respiratione horrendum ululans, communi sensu & ratione privatus, inter assidua spectatorum terriculamenta, visis etiam nonnunqvam qvos itineris Comites appellabat, diabolis dum frustra latebras qværeret, miserabili exitu vitam finiit anno 1579. d. 6. Jun.

Anteqvam vero hæc tragædia absolveretur, cum in Visitatione varia corripienda comprehendisset Superintendens, Anno 1578. ad d. X. Julii Synodũ cogebat Mediam, ubi perspicuæ Doctrinam *de Deo, Filio Dei, Voluntate, Providentia Dei*, de *Prædestinatione, Libero Arbitrio, Justificatione, bonis operibus, pœnitentia & sacramentis explicabat*, & ne qvisqvam a Doctrina recederet sevcrissime mandabat, qvod si fieret, fore, ut novi dogmatis reus accusetur transgressor, & juxta Regium Decretum Anni 1571. Principi extraderetur, qvi pro arbitrio, se in tales animadversurum promisisset. Posthæc facta cum reliqvis deliberatione, ad qvorundam petita, Festa *Sanctorum Petri Pauli, & S. Jacobi, propter opera rustica, circa messis tẽpora incidentia abrogabat, festa Apostolorum intercise tantum, ut post officium matutinum concessum liberumqve sit, cuilibet operas tractare manuarias: & tantum Festa*

Hely: Régészeti Múzeum Tudományos Könyvtár szekelyudvarhely

Annunciationis, Ascensionis, Pentecostes tres Paschatos, tres Pentecostes, & tres in Nativitate Domini celebranda atqve observanda constituebat. Non eqvidem deerant qvi novitatis hoc conclusum arguerent, inter qvos primas ducebat Vir insigni pietate Clarissimus *Joachimus Teutsch P. Bistriciensis*, sed cum *Georgius Melee Pastor Resonensis*, jam dictum pium senem scommatibus & indignis postulationibus adlorirerur, & Joachimus perturbatus ex congregatione excederet, non erat qvi amplius verbulum adderet. Infelix autem hic Anno, toti Transylvaniæ erat, qvod ipsa die Jacobi ingens grando segetes & Vineas perdebat. Vulgus ergo, ut fieri solet, omnem causam cladis in Pastores rejiciebat, qvod ob avaritiam ipsorũ, qvæ Pastores non deceat Festa sustulissent, & ad morem Ecclesiarum Calvinisticarum, omnia aliqvando sufferre studerent, multis mortem minabantur, & occidissent, nisi sententiam Synodi mutassent, pristinumq; morem festa Apostolica celebrandi introduxissent. Barcenses, Synodalem definitionem observabant eqvidem aliqvamdiu, & juxta eandem, Authore *Petro Bognero*, *per Christianum Fronium*, tabulam Festorum, a Magno Reformatore Transylvaniæ, *Johanne Honterо* m.p. scriptam corrigebant adjiciendo unicuilibet Festo, unam harum vocum, *abrogatus, interciso totaliter* Herrmannus l. c. ad A. 1578. Sed hodie eodem qvo reliqvæ Ecclesiæ more utuntur.

Princeps

Princeps Comitia A. 1578. ad Festum S. Georgii celebrarat Claudiopoli, ubi, sicuti semper Ecclesiis prospexrat, ita & hic publico decreto decernebat, ut Decimæ aliiqve legitimi proventus Ministris Ecclesiarum ubivis in Transylvania constitutorum, integre & inviolabiliter redderentur & conservarentur, bonaqve per qvoslibet ab Ecclesiis & ædibus Parochialibus sub qvouis prætextu abalienati restituerentur, qvod cum intelligerent Ecclesiasticæ personæ Anno seqq. 1579. Albam excurrebant, & speciali mandato, Decreti confirmationem in Privilegio accipiebant, sub dato 1579. d. 4. Iulii. Sustulti & publico decreto, & speciali Privilegio, nec qvicqvam mali sibi amplius metuentes locupletiores qvidam Pastores, ob curarum molem, certo pretio, qvartas aliqvas, secularibus vendendo, abundantiam qvandam, Politicis semper invisam, palam prodebant, & nullam personarum atq; Magistratus qvi emere qvartas nitebantur, præ aliis inferioribus, sed solius pretii respectũ habendo, hac turpi qvæstura, sibi cum reliqvis Pastoribus extra Barciam, pauperrimis etiam, insigne detrimentum attrahebant. Livore enim ob id atqve invidia inflammati Politici, & inter hos præcipue, *Simon Miles, Consul Cibiniensis, Ioachimus Roch, Consul Mediensis, & Franciscus Roch*, Consul Bistriciensis, apud Principem, tanqvam turpissimum qvæstum rem exagitabant, nihilqve tale cogitantem eo deducebant, ut emissis men-

Kálvin János Református Tudományos Könyvtára
Szekelyudvarhely

mandatoriis, jus Proximitatis sibi ceu Patriæ Patri, in emendis Qvartis, certo & definito precio annuo, a Pastoribus Saxonicis omnibus promiscue, extra Barciam, etiam pauperrimis, sibi vendicaret, & qvartam Decimarum Qvartam, ad fiscum cumulare curaret. Multum eqvidem laborabant Pastores tam libellis suppliciby quam viva voce ut amissa recuperarent, ast nihilū petrabant, præter asiecurationem pro continuaarendæ persolutione.

Non impunè jam ferebat *Faustus* cum *Blandratta*, contra *Franciscum Davidis* institutam persecutionem, sed qvotidie *Francisci Davidis*, *Francisci Pitii*, *Palæologi*, *Gliriì*, *Sommeri* aliorumqve exprobrationes & qværelas audire cogebantur, qvas cum apologiâ diluere Socinus frustra allaboraret. Contradictionis pertæsi ambo in Poloniā secedebant, ubi *Blandratta* A. 1582. a Fratris filio, qvi opibus, ejus ex Transylvania ingentibus eductis, inhiabat, oppressus. non sine ingenti *Socini* dolore, interit, *Socinus* vero, nacta docendi potestate, cætus amplissimos colligendo, orbem lacessivit.

Post horū excessum, *Iesuitæ*, Regem Poloniæ Patronum nacti, Transylvaniam ingrediebantur, Principemqve Sigismundum, Christophori filium, fidei suæ commisium accipiebant, qvorum primarius erat *Valentinus Schrechius*, acceptoqve Monasterio Claudiopoli scholā aperiebant, ex qvibus, publicis Disputationibus, Doctrinam Papisticam propalabant.

labant, Comædiisqve ac aliis Iuventutis Exercitiis, animos Magnatum Nobiliumqve sibi conciliabant. Me vidisse recordor Dissertationem Claudiopoli Anno 1581. evulgatam sub hoc fere Titulo: Theses de *Authoritate Traditionum, disputata, Præside V. Wolffgango Schrechio Iesuita cum Christophorus Bathori, novum Gymnasium, Fratribus Societatis Iesu Claudiopoli aperiret.* *Albæ Iuliæ* etiam Collegium fundantes, variis iisqve opimis Proventibus illud muniebant.

Anno 1585. Ecclesias Saxonicas, novæ turbæ in Religionis negotio exercebant. Coronæ enim *Daniel Reipchius* Diaconus Coronensis in Concione doctrinam de Omnipræsentia publice explicaverat, asserens: *christum esse ubiqve secundum humanam naturam per immensitatem, corpus Christi divinitatiexaqvatum, infinitum esse & ubiqve diffusum*, cui se *Titus Apus Bognerus* ex D. urriusqve Iuris, Pastor, E. Coronensis, cum reliqvis Theologis Coronensium, atqve *Kertzio* qvodam D. Medicinæ ut par erat opponebant. institutoqve conventu, ut ad meliorem mentem eum reducerent, varia argumenta cum Reipchio conferebant, *Christūqve non per immensitatem sed per communicatam gloriam Voluntarie præsentem esse asserebant.* Post prolixam disputationem *Kertzius*, *Reipchio* opponebat: Christus est ubiqve Ergo & in lapide & in Cloaca, &c. qvorsum hoc responsū accipiebat *Time Deū Domine Doctor*, penna minitavit. Perceperat.

Haáz Rezső Könyvtár Tudományos Könyvtár Sapientia Budavariensis

eeperat hoc *Plebecula* extra Bibliothecam, exacerbataqve Kertzium cum sociis lapidibus obruisset, nisi Reipchius obstitisset & simul se aliò contulissent. Ne igitur malum latius serperet re ad Superintendentem Generalem, *M. Unglerum*, delata, hic in Synodo Byrthalbinum conscriptâ admeliorem mentem reducebat Reipchium & in sana doctrina melius informatum eo remittebat unde arrivarat. Ubi cum omni studio in id adniteretur, ut maculam sibi aspersam abstergeret, Decus Barciæ factus, ab omnibus maximo favore proseqvebatur.

Interea obiverat *Christophorus Bathoreus* Princeps, & *Sigismundo* filio Regnum reliqverat, qvod ad Annum usqve 1588. à Gubernatore *Iohanne Götzi*, moderabatur, hoc vero Anno, Annum ætatis XVII. mox ingressurus, ipse regendum in Comitiis, Mediam indictis d. 7. Ianuar. suscipiebat. Vix fasces Regni sumserat, cum variis implicaretur Difficultatibus. Cautum in Comitiis sub Iohanne fuerat, ne Monachi plures in Transylvaniam intromitterentur, hoc decreto non obstante Stephanus Rex *Poloniæ*, *Provinciam* Iesvitis aperuerat, ut dictum, qvi summe felices, novas res molliebantur, & varias conqverendi Materias Magnatibus præbebant. Harum ergo respectu anteqvam qvicqvam concluderetur, ejectionem novorum hospitum petebant *Proceres*. *Sigismundus*, a Stephano *Patruo*, e lecto emortuali, primam & præcipuam eorum

curam

curam, Testamentali jussione sibi demandatam acceperat, ut videre licet ex *Papai* l. c. *Propter* educationem etiam multum iis debebat, sicqve serio in id incumbebat, ut ad mitiorem sententiam *Proceres* deduceret, sed in sua se conferre hi malebant, qvam diutius Iesvitas secum habere. Ne igitur novis turbis ansam præberet, tandem petitioni *Procerum* satisfacturus, e Regno Sigismundus eos ire & in perpetuum emanere jubebat, postqvam Fastos Civiles, a Gregorio *Pontifice* correctos summo studio sibi commendatos ab ipsis acceperat. Fastos hos obtrudere volebat A. 1589. Saxonib9 cũ toto Regno *Princeps*, cuj9 mandato cũ reluctari non possent, in Synodo Cibiniensi Anno 1590. d. 23 Novembris concludebatur ej9 receptio: & ab omnibus *Regnicolis* Anno 1591. d. 1. Ian. acceptabatur.

Posthac Princeps Alphonsum Carigliam Pi Iesvitam, qvorum Societatem e Regno nuper exire jusserat, in familiaritatem intimam admittebat, qvæ cum niatium suspecta Alexandro Kendio Cancellario redderetur, ac novandarum rerum consilia, qvæ religioni imprimis nocere possent, auguraretur, vocatis ad se *Unglero*, & Georgio qvodam *Pastore* Orbacense, Author svasorqve erat, ut coacta Synodo, Doctrinam in Confessione Augustana comprehensam, coram repeterent, cunctosqve Fratres suos obsecrarent, ne vel latum ungvem a doctrina hactenus recepta recedere,

Szekely Múzeum Tudományos Könyvtár
Szekelyudvarhely

re, sed eam defendere, & proprio sangvine, necessitate exigente obsignare velint. Coactâ ergo Synodo, *Ungleru* Schæsburgi d. 17. Iunii Doctrinam Augustanæ Confessionis Congregatis proponebat & explicabat, expositaqve metuenda pernicie, ad serias preces, animatamqve constantiam cunctos hortabatur.

Agitabatur ad hæc in eodem Synodo qvæstio de nummellis seu Cippo, cujus Iuris dictionis sint? idqve, qvod Villicus Valdhudensis, jussu Pastoris ejusdem loci, qvendam blasphemantem, irreqvisito Consule Mediense Iohanne Schulero, & judice Iohanne Koch, numellis inclusérat, sed ob id, ab his carceri injectus, gravem mulctam expectabat. Cum ergo deprehenderetur & antiqvitus Cippum ad Ecclesiasticam Disciplinam pertinuisse, re ad universitatem Politicam delata Villicus libertati restituebatur.

Non vero familiaris illa inter Principem & *Carigliam* collatio, respiciebat Religionis negotium sed cum *Bathoreus* Princeps Turcam Hungariæ incumbere videret, a Iesuita qværebat, an Turcis justũ bellũ inferre posset, qvos ipse Feudi Dominos agnosceret, neqve ab iis injurias aliqvas, nisi forte latrocinia solita, in finibus patrata accepisset. Iesuita multum de Ecclesiæ commodo & Papæ obseqvio garriebat, Principiq; bellũ, qvod extremã cladõ Regno & Religioni extrema qvæq; minabatur posthæc attulit, persvadebat. Ab initio arma

arma sumpta læta erant, in processu debilitabantur in fine laborabant, ita ut potentibus Barbarorum excursionibus impar Transylvaniã Imperatori tradere cogeretur Sigismundo Imperium Cæsaris Bathorii reliqvi, Andreas, Stephanus & Gabriel detrectabant, subditisqve armatis eum petebant, qvibus, Cæsar opponebat *Georgium Bastam* eum Michaele Vayvoda qvi conflictu habito superior in acie Andream opprimebat, *Stephanoqve* per amicos sublato, *Gabrielem* fugabat, *Sigismundum* ex *Silesia* reducem ad *Mozinum* clade insigni afficiebat, *Michaelem* nova meditantem e medio tollebat, *Mosen Zeckelinum* eum Transylvanis copiis delebat, inter qvas revolutiones tantas calamitates Transylvania passa est, ut incolæ ejus non dubitarent numismate Successoribus suis miseriam suam depingere. Injicit ejus mentionem Wedelius Exercit. Med. Philol. Dec. VII. in addendis, *habesqve se ad formam nummorum Jani, Unum latus exhibet Caput triplici facie donatum, ad lævam juvenis ad dexteram senis barbati, ad illius latus adscriptum est: Occidens, ad hujus: Oriens, Tertia facies sursum ceu Cœlum spectat, cum adscriptâ voce: Deus. Circumcirca legitur, Terrena consideres ut Cœlica possideas. Adversum latus hæc habet:*

Corona Aur.

Aster-

A. tergo.
&. fronte.
malum. tandem
Deus. propitiare.
A.M.DC.II.fata-
li. Transylvania.

Anno 1604. *Gabriel Bethlenius*, ducta Mosis Zeckelii Uxore *Principatum* sibi vendicabat; sed statim a *Basta* copiæ ejus disjiciebantur, totaqve Transylvania Cæsari subjiciebatur. Cum vero *Basta* instigante *Georgio Ratz*, Nobile Hungaro, qvem nuper *Privilegio* qvodam presserat, ne Saxonum Ecclesias in ritibus & religionis negotio, turbaret, ipse jam Confessores Evangelicæ Religionis affligeret, *Stephanus Borskai* a Turcis, cum Strigonium oppugnarent, subsidia ad defendendam contra Cæsareanos Transylvaniam, per *Gabrielem Bethlenium* impetrabat, frustra renitente *Tampierio*, Cæsarem a Transylvaniæ dominatu excludebat, & bello decenni tantum non extinctam *Provinciam* denuo reficiebat.

Inter has Turbas, Anno 1599. obiverat *M. Lucas Ungerus* Generalis Saxonicarum Ecclesiarum Superintendens, & Anno 1601. postqvam sedes Episcopalis Annum & qvod excedit, vacarat, d. 12. May in Synodo Mediensi *Matthiam Schiffbaumerum* elegerant. Miserandus *Patriæ* status author fuerat Cibiniensibus,

sibus literas ad congregatos nomine totius Universitatis *Politicæ* dare qvibus congregatos seriò hortabantur, ut talem officialem ac Præsulem Ecclesiis præficerent qvi omnes turbas in Ecclesiis amoveat, qvæ a bellis plus justo turbarentur.

Nec tamen præcaveri poterat, qvin lupo Grex committeretur, nam cum Calvinianis colludens Schiffbaumer, varios Articulos in Conventu Anni 1607. condebat, eosqve obtrudere Ecclesiis nitebatur, sed subolfacto Calvinianismo Anno 1615. post obium Schiffbaumeri & delationem Dignitatis Episcopalis in *Zachariam Veyrauch*, qvæ A. 1614. d. 17. Febr. in synodo mediæ congregata facta est, a novo Episcopos. Superintendente Generali, adsistentibus *Fleischero*, *Besodnero*, *Bordano*, *Oltardo*, aliisqve Senioribus Universitatis Ecclesiasticæ, d. 23. Januarii coram Universitate Politica abrogabantur & reprobabantur.

Dilataverat sese hoc malum, variosqve infecerat, absoluto igitur conventu Cibiniensi, ad d. 6. Maij ejusdem A. 1615. synodum cogebat Superintendens, & *Simonem Paulinum* qvi post obitum *Petri Suvii* A. 1603. *Schasburgi* in Pastorem electus fuerat de Calvinismo suspectum non modo, sed & convictum, cum *Petro Besodnero P.E.Cib.* doctrinam suam conferre jubebat, qvam cum defendere non posset, veritati palmam tribuere Palinodiam canere, ac publice, porrecta manu, erroris veniam deprecari, certaq, sub juramenti formula synceritatē Religionis compromittere compulsus est

Haáz Károly Múzeum tudományos könyvtár
Szekely Levente

Lupum hic pilos tantum non animum mutasse mox patebat, juramenti enim oblitus, post Synodum, partim scriptis disseminatis, partim brachio seculari causam suam tueri non erubuit, Ecclesiasqve longe diuqve cum assecliis vexavit, imprimis ubi post obitum *Besdneri* ad breve licet tempus *Johannem* Funeccium hyperaspistem nancisceretur. Eqvidem ob id Visitationem instituere & Ecclesiis pacem reddere adnitebatur *Veyrauchius*, sed cũ renitentib9 Politicis eademimpediretur, re infecta ad sua denuo se referre cogebatur. E vivis sublato succedebat A. 1621. d. 22. Maij. *Franciscus Grassius* in id & hic incumbebat, ut errores Calvinistici eradicarentur, & aliqvanto feliciori successu utebatur omnesq; extinxisset, nisi A. 1627. in vivis esse desiisset. Eo defuncto, Birthalbenses citra voluntatem superiorum utriusqve Status, insignia Ecclesiastica *Petro Sitopao* Pastori Prasmariensi tradentes ansam qvandam disceptandi Subministrabant. *Sitopaus* ut sibi delatam dignitatem obtineret, variis actibus allaborabat sed Congregatione synodali qvæ Cibinium conscripta erat eodem A. postlongam disceptationẽ Georgio *Thelesio Pastori Mediensi* cedere cogebatur, qvi unanimi Consensu Superintendens & Pastor Birthalbensium denunciabatur.

Anno 1629. Gabriel Bethlenius, post varia egregie patrata facinora Princeps creat9 cũ in pace exoptatissima viveret ad instauratione m Collegii Albensis inde ab excessu jesuitarũ desolati, animum conjiciebat, conscri-

ptisqve

ptisqve ex Germania qvi eidem præsient, *Abstedio Bristerfeldio*, *Piscatore* Calvinianorum res optime adaugebat, Princeps de utraqve Religione, & Patria meritissimus.

Anno 1638. Tumult9 inter Unitarios Claudiopoli oriebatur, dum *Mathias Raro*, Saxo natione, Minister Photinianus, filius primarii senatoris spe sua Superintendẽtis dignitatẽ consequendi qvater delusus ex ambitione, *Danieli Becke*, contradicere apostatam & hæreticum publice proclamare ac novos errores, ostentationis gratia, serere inciperet. Delata autem ad Principem *Georgium Rakoczium*, re, Comitia impetrabant Cives Claudiopolitani, inqvibus ad 23. April. in oppidum Dees, qvod ineunte hoc seculo opera *Georgii Caroli*, Calvinianorũ doctrinam ejectis Arianis susceperat, indictis, utrinqve dissidentium pars, suam confessionem scripto publico submittere jubebatur, teqve cognita authoritate Principis conciliabantur, postconciliationem vero certis articulis, subscribere cogebantur, & cum omnibus assecliis & in posterum ad eorum normam vivere & docere cogebantur, sub nota perpetuæ infidelitatis.

Post hos Arrianorum Tumultus A. 1646. *Puritanorum* schisma Ecclesias Calvinisticas in Transylvania exercebat qvæ authore *Johanne Tholuae*, in Hungaria cis Tibiscana excitabatur, cui mox ex Angliæ non ita pridem reduces *D. Medgjesi*, & Professores Albenses succenturiabantur, *Salue*, Superintendens Generalis, *Stephanus Gedei*, cum Bisterfeldio,

Rasoria.

feldio, ei contradicebant, reqve ad *Principem* delata, efficiebant, ut Tholnæus cum Socíis in Synodo *Szakmarini* congregata, ab officiis remoti, certis Canonibus coercerentur. Sed non diu emanebant Puritani, indutaqve alia pelle non modo simpliciores, verum ipsum *Bisterfeldium*, in suas partes trahebant & post obitum *Gellesii*, omnibus Ecclesiis Puritanismum suum, Episcopis omnem authoritatem abrogando, genuflexionē in Cœna tanqvam Papisticū qvid, ptoscribendo, baptismum privatum, infantibus desperatæ valetudinis administrandum, & Sacram Cœnam moribundis domi porrigendam, improbando; festos qvoscunq; dies, solo Dominico excepto interdicendo, Imagines, & Cruces publice in templis appensas, eijciendo; Sonos Musicos & instrumenta varia nec non certas Evangeliorum formulas, in Postillis descriptas, à Sacris prorsy removendo; A. 1652. obtrudebant.

Interea Lutherani, sub *Thesiesio* varijs cogebāt Synodos, ut à Calvinianismo Ecclesiæ ipsorū penitys liberarētur. Cui de mortuo *Christiano Barth* Decanus p. t. Generalis An. 1647. d. 26. Jan. succedebat, qvi visitatione 1650. instituta Zelum suum comprobavit. Turbæ vero Calvinisticæ sub *Lucæ Herrmanno*, A. 1652. succedente in Ecclesiis nostris plane sublatæ sunt ita ut nunc Dei Gratia in illis Doctrina syncera, Libris Lutheranorum Symbolicis comprehensa sonet, nec sonare Deo adsistente, decujus auxilio nullus dubito, desinet.

FINIS.

Szekely Udvarhely
Szekely Udvarhely

Valachorum origo p. 50:

Haáz Rezső Múzeum Tudományos Könyvtára
Székelyudvarhely